



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

3. In totam passionem Christi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

MEDITATIONES  
DE PASSIONE  
DOMINI NOSTRI  
IESU CHRISTI.

## ADMONITIO.

*Quid in singulis meditationibus de Passione considerandum.*

1. *QVIS patitur?* Christus, Verbum, Sapientia Patris.
2. *QVID patitur?* spinas, verbera, spura crucem.
3. *PRO quibus hac patitur?* pro nostra hominumque salute.
4. *CVR patitur?* Sæper ne patiatur homo.
5. *A QUIBUS hac patitur?* ab amica stirpe suorum.
6. *Sed QUANDO patitur?* quando fuit iuuenis.
7. *Hac VBINAM patitur?* medio telluris in orbe.
8. *QVOMODO tanta tulit?* proferat ipse modum.

MED

MEDITATIONES  
DE PASSIONE  
CHRISTI.

## MEDITATIO I.

De Lotione pedum. Ioan. 13.

**C**HRIſTUS, ante inſtitutionem Sacra-  
menti, cœna facta, ſciens quia à Deo exi-  
iit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna, ponit  
veſtes, linteo ſe pracingit, mittit aquam in pel-  
uim ad lauandos diſcipulorum pedes. Con-  
ſidera, primò quis ſit, qui ſeruile, omniũ-  
que viliffimum miniſterium hoc eluendi  
ſordidos pedes ſuſcipiat, nempe Chriſtus  
qui à Deo exiit, qui eſt filius Dei, Deus de  
Deo, creator mundi. 2. quanta ſedulitate  
ſolus, nullo iuuãte, vt abiectiffimus ſeruus  
id ſuſcipiat, ſurgit à cœna, licet ruſticum  
videatur tempore menſæ iifdem manibus  
tangere cibos & pedes ſordidos: abiicit  
ſummam veſtem vt expeditior ſit, pracin-  
git ſe, petit peluim ab hospite, aquã qua-  
rit, fundit in peluim, ipſe aquã apportat,  
vt omnes partes officii ſeruilis expleret: vt  
diſcas viliffima officia etiam perfecte ex  
humilitate complere.

P s Venie

2. Venit ergo ad Simonem Petrum, qui dixit  
 Domine, tu mihi lauas pedes? non lauas in  
 aeternum. Tum IESVS: Si non lauero, non  
 habebis partem mecum. Et Petrus. Domine,  
 non tantum pedes, sed & manus & caput.  
 Considera, quã attoniti fuerint simplices  
 discipuli, cū viderent Dominū suū & Deū  
 in cuius nomine omne genua flectitur, pro  
 cadentem ad suos pedes, cum viderent trā  
 ad huius, nunc ad illius pedes prorepere  
 fordes abluere, linteo extergere, & magno  
 affectu osculari: nō dubium quin praesens  
 prorepererint, & vberimè lachrymauerint.  
 2. Considera eum lotionem cepisse  
 Iuda, vt hoc exemplo eum ad poenitentiam  
 cōmoueret, & nos doceret quomodo  
 cum inimicis agendum sit: imitatio  
 exemplum medicorum, qui, dum plures  
 aegros habent, incipiunt à maxime aegro.  
 O rem stupendam, videre Deum maiestatis  
 abiectum ad pedes sui capitalis inimici,  
 tam duri & obstinati, vt nullam emiserit  
 lachrymulam. Considera Petrum, qui  
 vltimò loco sedit, vt erat humilissimus, & ad  
 dentissimus, non potuisse se continere, sed  
 non ex alienatione, sed ex mera reuerentia  
 surrexisse, & exclamasse. Tu Domine, creator  
 caeli & terræ, quem alias confessa

PASSIONE DOMINICA. 237

sum filium Dei viui, mihi piscatori, condi-  
tione abiectissimo, mihi misero pecca-  
tori, & seruo indignissimo lauabis pedes?  
Quod enim ex reuerentia ita sit locutus,  
inde liquet, quod statim se totum lauan-  
dum obrulerit, dum aduertit, ni pareat, se  
Deum offensurum.

*Lotis pedibus IESVS dixit. Si ego Domi-  
nus & magister laui pedes vestros, & vos de-  
betis mutuo sibi lauare. Exemplum dedo  
vobis, ut quemadmodum ego feci, & vos fa-  
ciatis. Considera, cur Christus lauerit pe-  
des, non ut sordes pedum ablueret, sordes  
enim pedum manuumue non coinquinant  
animam, sed ut doceret primo, quomodo  
quis prae parare se debeat ad S. Eucharis-  
tiam, nempe aquis lacrymarum & poeni-  
tentiae, ut exponit Cyprianus, & sedulo to-  
tius conscientiae examine, hoc est, à capite  
vsque ad pedes. 2. ut exemplum humili-  
tatis daret, in officio seruorum vel ancilla-  
rum abiectissimo, nec nos puderet siue  
maioribus, siue minoribus, aliquando ser-  
uire. 3. ut mutuas offensusculas, quae ali-  
quando etiã inter pios & religiosos  
homines incidunt, libenter  
condonemus.*

MEDL

230 MEDITATIONES DE  
MEDITATIO II.

De institutione S. Sacramenti Eucharistiae. Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.

**A**CCEPIT DEVS panem & gratias agens benedixit, fregit, deditq; discipulis, dicens: Accipite & comedite. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur Hoc facite in meam commemorationem. Considera stupendum Dei erga nos amorem: Dum enim Iudas molitur proditionem, principes sacerdotum crucem & mortē parant, Christus sollicitus est, vt testamenti loco nobis relinquat pretiosissimam hereditatem, nō regnum, non opes, non honores, non scientiam, non aquam de petra, non manna de cælo, non angelum, vel archangelum, sed seipsum, Deum & hominē, quo nihil præstantius esse vel excogitari potest. Et seipsum, non vt regem tantū & Dominum, patrem, fratrem, sponsum, aduocatum, sodalem, magistrum, sed in cibum & potū, vt quam arctissime illi coniungeremur, & sicut cibus in substantiam corporis nostri, sic nos corpore & anima trāsformaremur in ipsum, quo diuinæ consortes naturæ & filii Dei efficeremur. 2. Considera Christū accepto pane gratias agere Deo, vt scias, quanda

PAS

quando prius tibi, & pe

Deina

Bibite ex

ui testam

funderur

dera Chi

vt esset M

omnium

in aliis r

diuinam

potentia

& ineffa

sub spec

sanguin

pientiam

tionem

per cibu

mimus,

benter, f

cederem

omnia b

donauit

ait ipse,

specie v

stum vi

semper

PASSIONE DOMINICA. 237

quando sanctum hoc sacramētum sumis,  
prius tibi agendas gratias pro tāto benefi-  
cio, & per preces animū ad Deū eleuandū.

Deinde accepto calice gratias egit dicens:  
Bibite ex hoc omnes. *Hic est sanguis meus no-*  
*uī testamenti, qui pro vobis, & pro multis ef-*  
*funderur in remissionem peccatorum.* Confide-  
ra Christum hoc mysterium instituisse,  
vt esset Memoriale & quasi compendium  
omnium mirabilium operum suorum. Nā  
in aliis rebus vnā aliquam proprietatem  
diuinā, in hac autem ostendit multas, vt  
potentiam infinitā, mirabilem sapientiā,  
& ineffabilem bonitatem. Potentiā, quod  
sub specie panis & vini totus, cū corpore,  
sanguine, anima & deitate cōtineatur. Sa-  
pientiam, quod tā suauem & cōmodā ra-  
tionem excogitarit se nobis vniendi, nēpe  
per cibum & potū, quo nihil libentius su-  
mimus, frequentius, auidius; vt scilicet li-  
benter, saepe, & auidē ad Eucharistiam ac-  
cederemus. Bonitatem deniq;, quod secū  
omnia bona spiritualia, & vitam aeternam  
donauit. *Qui manducat enim hunc panem,*  
*ait ipse, viuet in aeternum.* Considera. 2. sub  
specie vini secūdo dati nobis totum Chri-  
stum vā sub specie panis, vt recordaremur  
semper passiois & per effusiois sanguinis  
Christi.

10a. 2

218 MEDITATIONES DE

Christi in cruce, per vinum significatā, & calicem, dignissimè enim communicat qui cum desiderio perfectè imitandi Christum, etiam in passione, communicat.

3. *Dico vobis, quia non bibam amodo de huius generis vine vitis, usque in diem illam, cum bibam novum in regno Patris mei.* Considera id dictum à Christo, vt nos doceret cōuiuium Eucharisticum in hac terra, esse pinguis & arrhabonem conuiuii cœlestis alterius vitæ, in quo apponetur vinum præstantissimum & novum, mittendū in vires novos corporum immortalium & gloriosorum, quo omnes beati ab vberitate domus Domini inebriabuntur, hoc est summo gaudio in æternum fruuntur, in omnium præteritarum ærumnarum & vanitatum huius mundi obliuiscuntur.

Isa. 35.

MEDITATIO III.

Christus proditorum inter cœnā indicat.

Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22. Io. 13.

1. **I**ESVS turbatus est spiritu, & dixit. *Vnus ex vobis me tradet, qui manducat mecum, & intingit manum in catino & contrisat.* discipuli singuli dicunt. *Nunquid ego sum Domine?* Considera miram Christi mansuetudinem permittētis manū proditoris in ea.

PASS

in eadem  
afficeret  
Turbari a  
vel vnus  
vnus in  
scas non  
occulta si  
perior sis  
2. Consi  
dam à sce  
pedes lau  
se prodēc  
nat in car  
ternā. Va  
sed nihil

Simon  
su prodito  
suum, ape  
porrigeret  
Satanas  
Confide  
nem de  
ingressu  
gestioni  
gressus  
noctu &  
non au  
certè, i



in eadem secum patina, & ne pudore eum afficeret generatim tantum admonentis. Turbari autē ex mera compassione, quod vel vnus suorum periret. Tā enim angitur vnus interitu ouis, quam omnium, vt discas non prodere peccata aliena, quando occulta sunt, vel minus nota: deinde si superior sis, laborare, ne vel vnus pereat.

2. Considera, quid egerit Christus, vt Iudam à scelere reuocaret, mensa adhibuit, pedes lauit, allocutus est, clarè satis dixit se prodēdum ab vno, qui manum secū ponat in carino, minatus est damnationē æternā. *Vae illi, per quē filius hominis tradetur.* sed nihil iuuuit, quia cor eius obduruerat.

*Simon innuit Ioanni vt exploraret quis esset proditor: & Iesus ei recumbenti in pectus suum, aperuit, fore illum cui panem intinctum porrigeret. Quo porrecto intravit in Iudam Satanās: & continuo exiit. Erat autem nox.*

Considera, Iudę iniectam prius cogitationem de prodicione, tum Satanam ipsam ingressum, vt discas primis dæmonis suggestionibus resistere, ne per consēsum ingressus cor omni illud gratia spoliet. 2. ne noctu & in abdito quicquam faciamus, & non audeamus facere corā omnibus, aut certè, si religiosi sumus nullum etiā pium opus

opus faciamus quod non patefactum velimus Superioribus vel Patribus spiritualibus; nam saepe Sathan transfigurat se in angelum lucis. 3. considera solum Ioan-  
nein, quem diligebat Iesus ob singularem castimoniam, in pectore Christi recubuisse, & arcanum de prodicione expiscatum esse, ut discas tum te multorum donorum celestium capacem futurum, cum purus mens & corpore fueris, ac sapius non in fine Christi recubueris, sed Christum ipsum corde & corde in Eucharistia sacra susceperis.

*Cum exisset Iudas, dixit IESVS. Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo, & continuo clarificabit eum.* Considera, quam dissimilia sint Dei, & hominum iudicia. Homines enim clarificantur in honoribus, opibus, & rebus secularibus huius vitae collocant, Deus autem in ludibriis, opprobriis, paupertate, afflictione, & crucifixione contumeliosissima. *Vnde & Apostolus ait. Absit mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri IESU CHRISTI.*  
2. Considera clarificatum Christum quod morte & passione sua victoriam obtinuit contra demonem, peccatum, mortem & infernum; ut discas vere te gloriosum futurum, si humilitate, patientia, & pe-

nitentia  
monis vic  
d' cesseris  
pugnaris  
ait Sapien

M I

De iti

Ma

E Gress

tem e

ni, &amp; ait:

um. Cor

promptit

opus rede

topere an

Lucam d

E quomo

Anhelab

Oblatus e

vel aman

gne amo

iat, ut pa

fra salut

tatem ne

quis pon

nita-

PASSIONE DOMINICA. 247

nitentia operibus omnes tentationes daem-  
onis viceris, à consuetudine peccandi  
d' scelleris, ac tuas prauas cupiditates ex-  
pugnaris. *Qui enim dominatur animo suo,* <sup>10.</sup>  
*ait Sapiens, est melior expugnatore urbium.* <sup>10.</sup>

MEDITATIO IV.

*De itinere in hortum Gethsemani*

*Matt. 26 Marc. 14 Luc. 22.*

*Ioann. 18.*

**E**gressus Iesus cum discipulis trans torrē-  
tem Cedron, venit in hortum Gethsema-  
ni, & ait: *Sedete hic donec vadam illuc, & o-*  
*rem.* Considera quanto cum desiderio, &  
promptitudine iuerit ad hortum, vt tandē  
opus redemptionis, ad quod tota vita tā-  
topere anhelarat, inchoaret. Nam apud B.  
Lucam dixerat: *Baptismo habeo baptizari,* <sup>Luc. 12.</sup>  
*& quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?*  
Anhelabat nimirum primo voluntate sua:  
*Oblatus est enim quia voluit.* Volenti autem  
vel amanti nihil difficile: deinde duplici i-  
gne amoris, vno in Patrem, qui illi māda-  
rat, vt pateretur; altero in nos, vt pro no-  
stra salute moretetur; *Maiorem enim chari-* <sup>Ioan. 14.</sup>  
*tatem nemo habet, quam vt animam suam*  
*quis ponat pro amicis suis.* quantam ergo <sup>15.</sup>  
habue-

Q

habuerit, qui posuit pro inimicis?

8<sup>a</sup> IESVS assumpto Petro, Iacobo, & Ioanne  
cepit mœstus esse, pauere & tædere, & ac  
Tristis est anima mea usque ad mortem. Con-  
sidera, Christum tritari cepisse nō tam  
pœnis suis sibi impendentibus, quā de  
tius orbis peccatis, qui mœror tam vehe-  
mens fuit, vt solus ad mortem inferendū  
suffecerit: vt discas compati proximū  
dāno, & vicissim inania mundi gaudia pro  
amore Dei contemnere. 2. Considera,  
quando tædium in actionibus pietatis  
excēdis obrepit, non pucemus idcirco  
suo spiritali fructu destitui, sed post tæ-  
dium porro progrediamur cū Christo,  
9<sup>a</sup> mox solatium etiam angelicū non deest.

Et ipse auulsus est ab eis, ac progressus  
sillum, quantum iactus est lapidis, possis  
nibus prœcidit in faciem suam super terram.  
Considera, quam inuitus relinquat suos  
auulsio enim violentam abstractionem  
gnificat. 1. nota orandi ritum? hinc humi-  
genū quasi reus capitis ob scelera nostra  
prœicit se in terram velut immolandum  
pro nostra salute & velut omnium merito-  
rum indignissimum; ac vero dignissimum  
qui omnium prœiis proteratur. vnde dicitur  
seimus in tribulationibus primum ad Deum  
cō-

esse, omne  
carrendū  
humilim  
grauia fu-  
ris Christ  
in terram  
plus.

O Ra-  
si p  
me. veru  
fuit. Con  
cymis, &  
stolus, c  
ter; cand  
quo mai  
cum affe  
datione s  
rit. 2. co  
tionem i  
me horr  
tamē in  
tequi vo  
qui volu

PASSIONE DOMINICA: 248

esse, omnibus impedimentis abiectis, recurrendum: deinde vsurpandam sepe hanc humilimam ceremoniam. 3. considera, quæ grauius fuerint peccata nostra, quæ humeris Christi imposta ira pondere suo illum in terram depressere, vt nō potuerint amplius.

MEDITATIO V.

De oratione Christi, & agonia.

Luc. 22.

**O**Rauit IESVS tertio & dixit. Abba Pater. *si possibile est, transfer hunc calicem à me: veruntamen, non mea, sed tua voluntas fiat.* Considera, Christum cum multis lacrymis, & clamore valido, vt loquitur apostolus, cum geminatione vocis Pater, Pater, eandem orationem iterasse: vt discas, quo maior impender afflictio, eo maiori cum affectu, & diutius orandum, idq; cōditione semper adiecta, si Deo ita placuerit. 2. considera summam Christi resignationem in re grauissima; nam licet maxime horreret futura tormenta & mortem, tamē in ijs ferendis voluit paternā potius sequi voluntatem, quam suam, & ita sequi voluit, vt etiam oprarit sibi man-

Heb. 5.  
Christe

Q. 2. J. 1.

dari totam passionem, quo ex obedientia  
moretur, ut discas in omnibus te confortare  
diuinæ voluntati, & obedientiam  
maximi facere.

*Et surgens ab oratione bis, dum dormiret,  
dixit Simoni. Sic non potuisti una hora vigi-  
lare mecum? Vigilate & orate, ut non intret  
in tentationem. Considera, quantis angus-  
tiis prematur bonus IESVS. Orat Patrem  
& silet, querit à discipulis leuamen, & dor-  
miunt & dormit eorum princeps, qui pau-  
lo ante præ alijs gloriatus erat. Et si omnes  
scandalizati fuerint, &c. Heu qualis hortus  
est hic Getsemani: in hortis alijs sunt deliciae,  
in hoc vero mœror & pavor. O quae  
acerba sunt horti huius poma. 2. considerat  
Christum abrumpere orationem, ut vide-  
ret quid agerent discipuli, ut discas si super-  
rior sis vel aliorum curam geras, non tuam  
saluti intendere ut aliorum negligas  
& si officio suo non faciât satis, liberè quæ-  
dem, sed amanter corripas, simul infirmi-  
tatem eorum excusando, ut hic fecit Chris-  
tus. Spiritus quidem promptus est, caro autem  
infirmata.*

*Et factus in agonia, sudore sanguineo  
currente in terram, prolixius orabat. Et ap-  
paruit angelus de caelo confortans eum. Con-  
sidera*

PAS  
sidera c  
usque  
nostra  
sus eius  
currera  
violenti  
nas gutt  
deinde  
sanguin  
potuerit  
archang  
tuere hi  
pulvere  
ne conc  
rem om  
dibus co  
Domine  
rem & p  
lachrym  
yaleo.

M  
De

O R  
x

PASSIONE DOMINICA. 247

sidera causam huius sudoris? nimirum eo-  
usque creuerat desiderium patiendi pro  
nostra salute in Christi pectore, vt pretio-  
sus eius sanguis, qui ex timore mortis de-  
currerat ad cor, intus bulliret & quærens  
violentum exitum tandem per poros & ve-  
nas guttatim eruperit primum in vestes:  
deinde per illas in terram. 2. tantam vim  
sanguinis effusam, vt præ debilitate non  
potuerit se erigere: itaque accurrit Gabriel  
archangelus, eumque è terra leuauit. In-  
tuere hic faciem Christi deformatam ex  
pulvere sanguine mixto, capillos sangui-  
ne concretos, Gabrielem sedulo absterge-  
tem omnia, eumque confortantē, vt in pe-  
dibus consistere posset. Hic orandi feruor,  
Domine, prorsus damnat meum languo-  
rem & pigritiam, dum ne vnā quidem  
lachrymulam in oratione mea exprimere  
yaleo.

MEDITATIO VI.

De Proditione Iudæ. Matt. 26.

Marc. 14

**O**ratione peracta Christus discipulis di-  
xit. Dormite iam & requiescite. Sufficit  
L. 3. Surgite

*Surgite, eamus: Ecce qui me tradet prope-*  
 Considera, Christū cognita voluntate Pa-  
 tris per angelum, ilico omnē metū abiecit  
 se, conspectoq; hoste nō quēsisse latebrā  
 vt mercenarium, sed vt Pastorem bonū  
 etiam obuiam processisse. 2. aduerte, verba  
 Christi ad discipulos. Surgite, satis dormi-  
 stis: nō permittit Iudas vos amplius dormi-  
 re, ruite in vltimos amplexus, quia iā mori-  
 riendū est. Accede Perre, cui cōmisi me-  
 clauēs, accede Ioānes, & reliqui, solent  
 matrem meā mœrore confectā, vide quo-  
 modo eos amplexus benedictionem vlti-  
 mā eis tribuat: nullā amplius daturus, qui  
 manibus ligandus. Cogita quātus omnia  
 stupor, & lachrymarum effusio hic fuerit.  
 2. *Iudas antecedens turbam gladiis, sustulit*  
*armatam appropinquauit Iesu dicens. Ave*  
*Rabbi, & osculatus est eum. Dixitque Iesus*  
*Amice ad quid venisti. Osculo filium boni*  
*nis tradis? Considera, Iudam Apostolum*  
 Domini, & qui miracula fecerat, hie-  
 tum ducem ministrorum dēmonis, vti  
 scas quam grauis lapsus sit eorum qui per  
 magna à Deo accepta beneficia, vocati  
 nem suam, vel pietatis cursum semel  
 choatum turpiter deserunt. 2. Considera  
 quibus modis Christus pro sua immen-



benignitate cōbetur Iudę pectus emollire,  
 primo tenitate, præbens osculum. 2. signi-  
 ficatione benevolentia, vocans amicum.  
 3. correctione, qua facti turpitudinem ex-  
 ponit, dicens. *Osculo filium hominis tradis?*  
 vt discas, si tanto amore cōplexus est ini-  
 micum, quanto amplexurus sit amicos,  
 qui toto corde eum quærunt, eique serui-  
 unt? Deindō, vt discas, inimicis nihil vn-  
 quam precari mali, vel asperius loqui, sed  
 quodā amoris affectu ijs condolare.

IESVS dixit turba. *Quem quæritis. Respō.*  
*derunt Iesum Nazarenum. Dixit Iesus: Ego*  
*sum. Quo dicto, retrorsum corruerunt in ter-*  
*ram. Et cum secundo idem respondisset ait, Si*  
*me quæritis, sinite hos abire. Considera quā*  
*diffimilis fuit primus Adā ab hoc secūdo,*  
*idq; in horto. Ille enim audita voce diuinę*  
*iustitię, Adam vbi es, abscondit se: hic ve-*  
*ro audita voce humanę iustitię manifesta-*  
*uit se, dicens. Ego sum Iesus: sic enim amat*  
*salutem nostram, vt nomen IESVS, id est,*  
*Saluatoris cælare nō potuerit. 2. Cōside-*  
*ra, si amabilis vox, ego sum, tam formida-*  
*bilis toti Satânico exercitui cum Iuda fue-*  
*rit, vt supini in terram ruerint, quid in*  
*die iudicii futurum sit, quando in maie-*  
*state sua terribilem illam contra inimicos*

Q. suos

suos deponabit sententiam. *Discedite a me  
di in ignem aeternum* 3. nota mirum amo-  
rem Christi, quod in tantis periculis, et  
sine suo incommodo, sollicitus est de  
discipulis, ut dimittantur.

## MEDITATIO VII.

*De captiuitate Christi. Matt. 28. Marc. 14.*

*Luc. 22. Ioan. 18.*

**T**unc accesserunt, & manus iniecerunt  
IESVM, & tenuerunt eum. Considera  
quomodo viles & barbari nebulones in-  
guum innocentem cum ingenti clamore  
petulanter irruant: alij in capillos, alij  
barbam: alij caput benedictum pugnis, &  
fustibus cadant, alij brachia crassis funi-  
bus tam arte stringant, ut sanguis eru-  
pat ex venis: alij catenam ferream in collo  
iniiciant, omnes ut rabidi canes insultent.  
O miserabile spectaculum, onustum videri  
re catenis & funibus creatoris caeli & ter-  
ra, qui solus nos a vinculis liberare potest.  
videri ligatas manus, tot miraculorum ef-  
fectrices. Tractari ut latronem, qui omnia  
animas a morte aeterna liberauit. Cogita  
Christum ligari, ut te peccatorum vinculis

PASSIONE DOMINICA. 249

Soluat, & ex dæmonis laqueis expediat.

*Petrus abscidit auriculam serui summi sacerdotis, qua curata Christus dixit. Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi Pater, non vis, ut bibam illum? Deinde ad turbam dixit. Tanquam ad latronem existis comprehendendum, sed hæc est potestas tenebrarum.* Considera 1. cur Petrus tam temerarius fuerit, nempe quia in oratione obdormijt. 2. benignitatem Christi bonum pro malo reddentis hosti, dum sanat auriculam Malchi. 3. studium obediendi: quid enim aliud est, non vis ut bibam calicem quam, vis ut Patri non obediam? maluit enim, inquit Bernardus, perdere vitam, quam obedientiam. 4. obstinationem Malchi, & turbæ duplici miraculo nihil motæ. 5. considera, rem indignam, nempe Christum seu latronem tradi non solum in manus Iudæorum, sed etiam principis tenebrarum. Iob quidem diabolo vexandus datus est, sed, ne vitam tolleret: at Iesus sine exceptione tartaræ potestati traditur, ut in vitam & famam eius rabiem exercean.

*Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.*

Considera his discipulis similes esse, qui tantisper seruiunt Christo & pietati, dum res bene fluunt? ybi vero tentatio oritur,

Q. 5. & ab.

& afflictio, ab instituto pietatis studio  
cedunt. 2. Considera, eos in hanc tenta-  
nem incidisse, vt fugerent, quia confli-  
Christi non paruerunt, cum premonuerit.  
*Orate ne intretis in tentationem.* Imo pra-  
xerit eos fugituros. *Omnes scandalum,*  
quiens, *patiemini in me ista nocte.* Vnde  
scimus in magis afflictionibus superari  
non esse fidendum nostris viribus, sed  
denti orationi instandum. Nec enim  
se opus habuit oratione Christus, ne fuge-  
ret, sed vt nobis exemplum daret, doceret  
que quanti sit facienda oratio.

## MEDITATIO VIII

De deductione Christi ad Annam.

Ioan. 18.

**E**T adducunt Iesum ad Annam primam,  
qui interrogauit Iesum de doctrina eius  
discipulis. Et respondit. Interroga eos qui audi-  
erunt, palam locutus sum in templo, & Syna-  
goga omnia. Considera, quomodo rabidi  
li ministri in tenebris per vias inuias, per  
spinas & sordes indigne raptet, (vt ad do-  
mum Annæ pertrahant) innocentem hunc agnoscit  
quot iniuriis & verberibus afficiat, ac sub-  
inde præ debilitate, in terram prostratum pro-  
gustat.

gnis & calcibus exagitent, vt surgat. 2. cōsidera quomodo coram truci & fastuoso Pontifice manibus in terga reuinctis, oculisq; humi deiectis astat is, cui omnis potestas data erat in cœlo & in terra; quāq; modeste Annæ per calumniam doctrinam eius examinanti respondeat; vt discas non tritari, si aliquando alii peruersè de te loquantur & sentiant, modo tu nullius erroris conscius sis, deinde vt alieno potius testimonio, quam proprio, doctrinæ vel vitæ integritatem defendas.

*His a Christo dictis, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens. Sic respondet Pontifici: Cōsidera indignum facinus, quod cœlum horruit, & terra obstupuit. percutitur Dominus à seruo, creator à creatura, Dominus vniuersi à verme & luto, coram quo tremunt cœli, & inferorum potestates. O angeli cœlestes cur tantam in Dominum vestrum iniuriam non vindicatis? 2. considera hanc alapam armata militis manu impactam Christo, tanta vi, vt vestigia in vultu relinqueret, miraculūque sit; Christum vt corpore tenerrimū, & in sudore sanguineo, & impotenti tractatione fractum, nō ilico concidisse mortuū. Et interim Christus nō aliud respondet, quā,*

*Et in*

3. *Si male locutus sum, testimonium perhibeo de malo: sin autem bene, quid me cadis: Considera econtrario nos tali iniuria affecti continue de vindicta cogitare, cum tamen minime tam innoxij esse possimus, quod Iesus. 2. Considera, Dominum ideo respiciisse huic vili nebuloni, quia fuit vna de grauissimis iniuriis quas passus est; nã potest ea grauius sepe casus, imo crucifixus, nihil questus est, imo pro crucifixoribus se orauit. 3. considera, hunc sensum respici esse. Si male locutus sum, ecce aliam me maxillam, percutite illam. Nam Ieremias ait: *Dabit percutienti se maxillam: nec enim tibi satisfactionem fieri, honoremque reuerui periuuit, sed vt temerarium illum conuerteret, ad maiora paratum se demonstrauit.**

## MEDITATIO IX

*Mittitur Christus ab Anna ad Caypham. Matt. 26. Marc. 14.*

1. **T**unc duxerunt eum ad Caypham Principem Sacerdotum: ubi scribae, & Seniores, & pharisaei conuenerant: ubi Christo tacente ad falsa testimonia, ait Cayphas, adiuro te, ut dicas si sis filius Dei. Et respondit. Ego sum  
Com

Considera  
minias, ne  
rãt. 2. ne a  
grauius pe  
ter ferre  
non sumu  
rata redda  
Considera  
Cayphas; c  
grauiora p  
ubi Dei ho  
cum vitæ  
omittere.

Dico vo  
hominis se  
audito Ca  
mauit. &  
Consider  
partim vt  
nitatis vt  
temptum  
dixit. Er  
dispectus.  
debitis n  
ad dexte  
tim, vt ee  
ret, & a  
tenuia C

Considera, cur taceat Christus ad calumnias, nempe quia responso dignæ non erant. 2. ne ansam daret obstinatis hominibus, grauius peccandi. 3. vt doceret nos patienter ferre opprobria maxime cum conscius non sumus obiectorum, & patienter tolerata reddant nos coram Deo meliores. 2. Considera, cur non taceat ad adiurationem Cayphæ; cum tamen sciret se ex responso grauiora passurum: nempe vt doceret eos, vbi Dei honos agitur, non licere nobis vel cum vitæ periculo veritatis professionem omittere.

Dico vobis, addit Christus, *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Quo audito Cayphas scissa veste sua ait. *Blasphemauit. & omnes clamauerunt eum esse mortis.* Considera, hæc verba à Christo subiuncta parim vt elatior esset confessio suæ diuinitatis vt sensus sit: Et si nunc me tam contemptum esse videatis, quæ Propheta prædixit. *Erit vultus eius quasi absconditus & dissolutus.* tamen veniet olim dies, quo videbitis me iudicem viuorum & mortuorum ad dexteram Maiestatis Dei sedentem. Parim, vt eos mentione nouissimorum terreteret, & à cæpto reuocaret. 2. Considera patientiam Christi ad barbaram illam mortis senten-

sententiam contra ipsum vitæ auctore  
Mirum est terrâ non se aperuisse, & omnia  
istos absorpsisse. Vnde discite, proprium  
mundi damnare eos qui verum dicunt,  
inculpate viuunt; nostrumq; esse cū Chri-  
sto non curare, eiusmodi clamores, et  
omnes contra nos insaniant.

*3r* Tunc qui tenebant Iesum, expuerunt  
faciem eius; & velauerunt, dicentes. *Propheti-  
za, quis te percussit? alij palmas in facie  
dedere, & alij blasphemarunt.* Considera  
homines spurere volentes, ad sordidissimam  
domus angulos se conuertere: scilicet  
pui illi sordidius nihil æstimarunt facie,  
quam desiderant angeli prospicere. 2. con-  
sidera, istos non tot excogitare iniurias,  
quin Christus omnes cum silentio ferat.  
plures ferre paratus sit. Aspice facie Chri-  
sti ex colaphis & alapis totam liuidam, in-  
flatam, & foetidis spuris conspurcatam, im-  
*Ista. 133.* plerumque illud Isaia. *Et nos putauimus  
eum quasi leprosum, & percussum à Deo  
humiliatum.* 3. Considera, quam longe dis-  
semus a vita & moribus Christi, quippe  
qui ne verbulum quidem contra honorem  
nostrum dici feramus, & tamen Christus  
voluit nos suos esse imitatores.

De trina

PETRVS

illa of

pulus Chri

Considera

nit timor &amp;

amor mag

gebat, tim

vero creui

Christum

catat: si ex

erat ceter

quid aliis

cem vilis a

Principū?

ne lapsus

vane glori

tum obdo

hono, hi

minū, &amp; q

Et contra

uersus Deo

ra, in qu

Christus, e

ppis dere



## MEDITATIO X.

*De trina negatione Petri. Matt. 26. Marc.**14. Luc. 22. Ioan. 18.*

**P**ETRVS foris in atrio rogatus prime ab ancilla ostiaria, tum ab alijs, an esset discipulus Christi, tertio negavit se nosse hominem. Considera, quomodo in corde Petri certant timor & amor: timor nempe mortis, & amor magistri sui. Amor sequi Christum cogebat, timor se occultare cogebat. Tantum vero crevit timor, vt cederet amor, & sic Christum negavit Ergo qui stat, videat, ne cadat: si enim vertex Apostolorum, cuius erat ceteros fratres confirmare, cecidit, quid alijs fiet? Si columna trepidat ad vocem vilis ancillulæ, quid faciet ad verbera Principum? 2. Considera, principijs obstaculum, ne lapsus sequatur grauior. Petrus primo vane gloriatus est, se non scandalizandum, tum obdormiit contra consiliũ Domini in hortu, hinc fugit, demũ negavit ter Domino, & quidẽ cũ iuramento, & execratione. Et continuo gallus iterum cantauit: & conuersus Dominus respexit Petrum. Considera, in quo mœrore & dolore animi fuerit Christus, dũ vidit se à Iuda venditũ, à discipulis derelictũ, & nunc tã turpiter a principe

Psal.  
141

*fidetabam ad dexteram & videbam. & n  
erat, qui cognosceret me.* Quid mirum si a  
nistra inimicorum nemo Christum ag  
scat, si à dextera Petrus negat? 2. Cōsidera  
quomodo tandem gallo canente, miser  
cordia motus Dominus oculis quaesierit  
Petrum, quo inuento, sic eum tacite oc  
affati sint. Sic me Petre negas? vbi si des  
bi fidelitas, vbi tuus in me amor, vbi p  
missa magna de non me deserendo. I  
corpus satis torquent, tu animam per  
cruciare? Hæcine reddis saluatori, qui  
è vili piscatore constituit principem  
puli?

§. *Et recordatus Petrus Verbi IESV quod  
dixerat de gallo, egressus foras sicut am  
Considera, sicut nix ad intuitum Solis  
quesieri solet, sic algens cor Petri ad intui  
tum Christi post galli cantum in lach  
mas liquefcere cœpisse, & dixisse Domine  
quid me vis facere? estne adhuc spes vestra  
post tam turpem lapsum? Vnde discimus  
nunquam despōdere animum, quam  
uis in religione etiā sanctissima viuamus  
& per fragilitatem in peccatum etiā gra*

incidamus:  
seriam nost  
quam primū  
iecta est, sta  
que homin  
di, sicut Pet  
phæ. Diffici  
eti probitat  
tam requiri  
& profusior  
trus dicitur  
cymarum.  
re canales i  
tibus appar

M E  
De suspen

¶ DAS v  
demnatur  
guta argent  
guum iustu  
in pitorum  
tio obster  
dore felice  
velit: nota  
initio ocul

incidamus: sed oremus tantū, vt Deus miseriam nostram respiciat, 2. Considera, quamprimū cogitatio de respiscendo iniecta est, statim deserenda esse loca, cætusque hominum, vbi occasio est delinquendi, sicut Petrus deseruit statim aulam Cayphæ. Difficile enim est inter improbos turbi probitatem. 3. nota, ad pœnitentiã veram requiri intimam cordis cõrriptionem, & profusionem lacrymarum. Certe S. Petrus dicitur, tantū calidarum effudisse lacrymarum, quoties galli cantum audiret, vt canales in maxillis ex garris decurrentibus apparuerint.

MEDITATIO XI.

De suspensione Iudæ. Matt. 27. Marc.

15. Luc. 22.

**I**UDAS videns Christum ad mortem condemnatum, pœnitentiæ ductus retulit triginta argenteos, dicens. Peccaui, tradens sanguinem iustum. Considera, quo homo licet in piorum cœtu sit, si imperfectionibus initio obstitere negligat, progrediat, vt pudore scilicet absterritus, pedem referre nõ velit: nota & dæmonis astum, qui fascinat initio oculos, ne turpitudine peccati appa-

R

rcat

reat: post verò ita turpitudinem exage-  
rat, vt desperet. Considera. 2. quanto pre-  
tio venditus sit Christus, nempe 30. argen-  
teis, cum multæ bestiæ tam vili pretione  
vendantur. O res stupenda. Homo enim  
debut sanguine filii Dei. Et Deus ven-  
ditur 30. denariis. Et quibus? inimicis crue-  
lissimis, à quo? proprio discipulo, fure  
suis ipsius suspensore.

1. *At Principes Sacerdotum dixerunt. Quid  
ad nos? tu videris. Iudas vero proiectis argen-  
teis in templo abiens laqueo se suspendit.* Con-  
sidera, Petrum commisso peccato venisse  
meruisse, quia malorum consortium  
deseruit Contra Iudam desperasse, quia  
malos rediit. & hinc disce, eos qui in  
minum gratiam Deum deserunt, sape  
iam in hac vita ab ipsis deserunt. 2. Considera  
malæ conscientie grauem carnificinam  
vtpote, quæ nec confusionem, nec laqueum  
metuit. 3. quam malè perire soleant ap-  
stata, vel à fide, vel à religione. 4. Iudas  
suspensum crepuisse medium, vt est in  
Actis, & viscera eius diffusa, vt qui viscerum  
caritatis amiserat, amitteret viscera sua.  
qui multa possidere studuerat, etiam  
intestina perderet.

5. *Principes autem Sacerdotum consilio*  
10 em

temerunt  
pergrinor  
rum religio  
sanguine  
rio langu  
miles iis q  
faciunt, r  
gni. 2. Co  
rium sang  
nisi charit  
norum. I  
mundum  
mus. Ager  
cata conf  
qui pereg  
conuersa

M E

Demiss

MANE  
phar  
ne cont  
DOMI  
ti. A resp  
vexatus:

temerunt illis agrum figuli in sepulturam  
 peregrinorum. Considera præposteram isto-  
 rum religionem, qui non verentur animas  
 sanguine Christi inficere, & verentur pre-  
 tium sanguinis inficere gazophilacium: si-  
 milis iis qui grauem Dei offensam parui  
 faciunt, res autem parui momenti, ma-  
 gni. 2. Considera Dominum noluisse pre-  
 tium sanguinis sui in alium usum verti,  
 nisi charitatis, vt in sepulturam peregri-  
 norum. Ipse enim est figulus, qui finxit  
 mundum de nihilo, inquit B. Hierony-  
 mus. Ager est mundus. Sepultura, est pa-  
 cata conscientia, quam soli illi habent.  
 qui peregrinos se agnoscunt in terra, &  
 conuersationem habent in cœlis.

## MEDITATIO XII.

*De missione Christi ad Pilatum. Ioan.*

*18. Luc. 23.*

**M**ANE factò adducunt IESVM à Cay-  
 pha in pratorium: Iudai non introierunt,  
 ne contaminarentur. **C**ONSIDERA  
**D**OMINVM qualibet hora aliquid pa-  
 ti. A vespera vsque mane, tota nocte  
 vexatus: & rursus à mane vsque ad vesperã.

R 2

Hora

Hora prima accusatus, tertia damnatus, sexta crucifixus, nona mortuus, ad vespertinam sepultus, nec mirum quia nos quoque tempore nouis peccatis & imperfectibus eum offendimus. Considera, sumus mane ad necem Domini festinari: iniquum enim diaboli est, precipites heredes agere ad malum, ne cunctando clementia mutetur. At contra conuenit veloces esse ad bonum, quia nescit

*In c. 1. molimina, inquit S. Ambros. Spiritus*

*Lu. 6. Si gratia.*

*2. Exiit ergo Pilatus foras, rogans quam causationem haberent, & responderunt non esset hic malefactor, non tibi tradimus eum.* Considera Pilati humanitatem qui cum interpretari potuisset suum compositum, ad quem, ut immundum ingredi censerent, cessit tamen eorum superstitio. Melior nobis, qui contempti contemptum reddimus, & a punctis honorum diuelli nullis precibus parimur. 2. Considera Christum, licet apud varios iudices variè accersetur, tamen se neque defendere, nec excusare, ut indicet se velle haberi malefactori & reum & tanquam reum subire mortem; iniquitates enim nostras ipse portauit, ipse ut verus peccator periculo male

ditionis se  
ret se den  
bilis.

Accusari

inuenimus

& prohiben

tem, se C

quousq; ex

ia, ut cum

gum in C

coram suo

& regnum

se, & tribu

culle. 2. e

tem, cæcos

gros sanare

excitare, n

itate pasc

conuertere

dicare, fili

gat pullos

conuocare

omnes fac

discere no

ali

dic

ditionis se exposuit, vt nos hæredes faceret suæ benedictionis. O charitas ineffabilis.

*Accusarunt autem eum, dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Casari, & dicentem, se Christum regem esse.* Considera, quousq; excæcarit Iudæos odium & inuidia, vt cum nihil haberent accusatione dignum in Christo, impudenter mentiantur coram suo magistratu: sciebant enim eum & regnum fugisse, & obedientiam docuisse, & tributum soluisse, & soluendum docuisse. 2. expende, an sit subuertere gentem, cæcos, claudos, leprosos, aliosque ægros sanare, dæmones expellere, mortuos excitare, multa hominum millia in necessitate pascere, meretrices & publicanos conuertere, vitia arguere, & virtutes prædicare, filios Iſrahel, sicut gallina congregat pullos suos, ad pacem & concordiam conuocare, omnium se facere seruum, vt omnes faciat regni cœlestis hæredes? Hinc discite non mirari, si facta à re optime, aliquando pessime alii interpretentur.

*Ioan. 6.  
Matth.  
17.*

(:)

R 3

ME.

162. MEDITATIONES DE  
MEDITATIO XIII

De examinatione Pilati. Matth. 27.  
Marc 15. Luc. 23. Ioan. 18.

**P**ILATUS ingressus pratorium, rogat  
SVM. Tu es rex Iudaeorum. Qui respondit  
Regnum meum non est de hoc mundo. Tu  
ille Ergo rex es tu? Et IESVS. Tu dicis, quia  
rex sum ego. Considera vt Christus Pilato  
sincerè agenti clarè responderit: Iudei  
autem insidiantibus nisi adiuratus, respon-  
dere noluerit, quia fictum detestatur Do-  
minus. 2. Considera Christum non negans  
regnum suum esse in hoc mundo, quia  
vtique in illo, Ecclesia, & nobis regnat,  
de hoc mundo, quia non est simile regnum  
mundi, quæ multo satellite defenduntur,  
florēt opibus & pompis, sed consistit in  
splendore anime, paupertate spiritus, in  
militate, obedientia, mortificatione pas-  
sionum, caritate, & commune est eorum  
pauperibus & mendicis, sanis & ægris.  
ergo Christi subditi esse volumus, talibus  
virtutibus iuncti simus.

**2.** In hoc natus sum, vt testimonium per-  
beam veritati. Dicit ei Pilatus. Quid est ve-  
ritas? & mox exiit, dixitq; Iudæis. Ego mi-  
seriam in eo inuenio causam. Considera etiam  
Chri-

PASSI  
Christus in  
erroribus,  
vt doceret  
admiratur  
Christi, cu  
horres, cu  
& sanctam  
omnis odi  
fuit, quoc  
rum redar  
te audirur  
miles esse  
rata, abn  
alia perfe  
rel audirur  
tinere ex  
caulam m  
sam inue  
causas, in  
peccator  
ficti carita  
sua expi  
Tunc  
quam? n  
pei cõtra  
mirate p  
tenebr  
tit inui



PASSIONE DOMINICA 269

Christus in mundum venerit, nempe vt ab  
 erroribus, idololatria, & peccatis liberaret  
 vt doceret vanitatem rerum quas mundus  
 admiratur; & discas tum te esse de regno  
 Christi, cum a vanitatibus huius sæculi ab-  
 horres, cum studes alios ad veram fidem,  
 & sanctam vitam conuerrere. Hæc enim  
 omnis odii Iudæorum in Christum causa  
 fuit, quod veritatem doceret, & vitia eo-  
 rum redargueret. 2. Considera, Pilato an-  
 te auditum à Christo responsum egresso si-  
 miles esse eos, qui cum aliquid de humili-  
 tate, abnegatione sui, mansuetudine, vel  
 alta perfectione vitæ Christianæ legunt,  
 vel audiunt, dissimulant, vel ad se non per-  
 tinere existimant. 3. considera, etiamsi  
 causam mortis non inueniat Pilatus, & fal-  
 sam inueniant Iudæi, duas tamen veras esse  
 causas, nempe multitudinem & grauitatē  
 peccatorum nostrorū, & immensam Chri-  
 sti caritatem, qui sanguine suo peccata no-  
 stra expiare voluit.

*Tunc dixit Pilatus, non respondes quic-  
 quam: non audis quanta Sacerdotum princi-  
 pes cōtra te dicāt testimonia? Iesus autē tacuit,  
 miratē praside vehementer. Considera, quas  
 tenebras animis Principum illorū offude-  
 rit inuidia, vidētes enim Pilatum inclinari*

R. 4 ad li.

ad liberationem Christi, omnia comple-  
 clamoribus, quod totam commouisset Ge-  
 lilæam obiectantes benefacta eius pro  
 minibus. Mouerat certe à tenebris ad  
 cem, à morte peccati ad vitam. 2. Confide-  
 ra Christi patientiam, inter tot clamores  
 nullum verbum asperius egerentem, nisi  
 nutu impatientiam prodentem. Quæ que  
 amoris flammæ ardebant in pectore  
 quas tanti iniuriarum torrentes non  
 tuerunt extinguere. 3. Considera, Pilatus  
 sepius CHRISTVM respondisse, ad calu-  
 nias autè Iudæorum tacere, sic ut Pilatus  
 raretur eius patientiam, quæ ex malitia pecc-  
 bant. Unde discis, cum laceessimur iniuri-  
 plus tacendo quam respondendo profi-

## MEDITATIO XIV.

*Pilatus mittit Christum ad Hero-  
 dem. Luc. 23.*

**R.** PILATUS IESVM remisit ad Herodem  
 regem, qui tunc Hierosolymis erat, quod  
 conspecto gausus est valde, cupierat enim  
 videre & signum ab eo fieri. Considera, quæ  
 admodum barbari milites contumeliosè  
 sinè per mediam urbem Iesum reptarint,  
 multisq; probris & sannis coram tota ur-  
 bis fece affecerint: ut discas patienter eius

exte

exemplo ferre, quæ à Superioribus aliqui piis, si religiosus sis, nonnunquam tibi contingunt, si ab vno officio ad aliud siue vilius siue dignius, siue leuius siue grauius promouearis, etiam si sensualitati tuæ repugnare videantur. 2. Considera, nihil profuisse Herodi, quod optaret videre Christum, quia cupiditas illa non oriebatur ex desiderio emendandæ vitæ, sed ex curiositate, fingens Christum esse magum aliquem, qui mira spectacula edere posset. Vt discas, nec tibi prodesse, si libenter audias verbum Dei, vel legas spirituales libros vel alios, nisi studio proficiendi id facias, & non vt doctus habearis.

*Herodes interrogabat Iesum multis sermonibus, at ipse nihil ei respondebat: & Principes Sacerdotum constanter accusabant eum:*

Considera, cur Herodi, licet regi, interroganti, non responderit Christus. Primo quidem, ne curiositatem eius, ex qua sola mortuulicorum interrogabat, probare videretur. 2. quia margaritæ, id est, mysteria diuinitus communicata, non sunt proiciendæ porcis. 3. vt doceret nos in concilio non hoc querere, vt audientium curiosorum intelligentiam pascamus, sed potius, vt ad emendationem vitæ affectus

R s / com.

commoueamus. 2. considera, sicut Iudei  
constantes erant in accusando, ita Chris-  
tum constantem fuisse in patienter omnia  
tolerando, vt doceret nos in patientia con-  
tinua possidere animas nostras:

3.  
*Spreuit autem illum Herodes cum exiret  
suo & illis, indurum veste alba, & remisit  
ad Pilatum. Et factus, est eius amicus, cum  
ante esset inimicus.* considera, quam igno-  
miniose ex conspectu Herodis abstractus  
sit, quantis ludibrijs à tanto numero mili-  
tum exceptus, singulis excogitantibus no-  
uam illudendi rationem, ac velut stultus  
alba veste indutus, cogita quāto risu, quo  
sordibus petitus, nec enim stulti aliter tri-  
stari solent. In hoc speculum intueantur  
qui tantum studiū in sacco stercoreum, &  
nido vermium, mollibus & pretiosis vesti-  
bus ornādo ponūt. 2. considera, si Chris-  
tus ne fatui quidē habitum recusat, non  
neminē Christianum, maxime autem re-  
ligiosum, qui paupertatē vult pudenter  
debere, si abiectum & simplicem habi-  
tum gestarit. 3. considera hanc Christi  
lusionem occasioem temporalis deditionis  
amicitiæ inter Pilatum & Herodem in-  
ta, mortem vti o fore vere causam spirita-  
lis amicitia Iudæorum & gentilium in vno

Eccle

Ecclesie co-  
afflictiones  
commoda  
conciliare.

M E

De Barr.

CHRIS

dixit Iu

unio in eo,

rodem, tam

morte dign

centem de

tificandun

derulisse ip

studeant p

sidera, à t

Domini in

quod mon

quoque si

vidæ mon

miant.

Barrab

dium co m

teret que p

dimittere,

pitti velle

Ecclesiæ corpore iungendorum. ut discas afflictiones ob Christum perpeffa multa commoda temporalia & spiritualia nobis conciliare.

## MEDITATIO XV!

De Barraba Christo præfato. Luc. 23.

CHRISTO ab Herode reuerso, Pilatus dixit Iudæis. Nullam causam mortis inuenio in eo, sed nec Herodes. Considera Herodem, tametsi in CHRISTO nihil viderit morte dignum, non tamen liberasse innocentem de manibus Iudæorum, sed ad gratificandum Præfidi cognitionem causæ deculisse ipsi. Ita fit, ut hominibus omnes studeant placere, nullus Christo. 2. Considera, à tot iudicibus hætenus in vitam Domini inquisitum, nihilque inuentum, quod mortem, aut vincula mereretur. Tu quoque sic vitam institue, ut omnes inferni demones nihil suum in morte tua inueniant.

Barrabas cum ob seditionem & homicidium commissum missus esset in carcerem, liceretque præfidi die solenni Paschæ vincula dimittere, petiit à plebe, hunc ne an Iesum dimitti vellent. Et clamauit. Non hunc, sed Barrabam.

*rabam.* considera, incredibilem Christi patientiam, qui cum esset Deus verus de Deo vero, consubstantialis Patri, per quem omnia creata sunt, passus est non modo se cum Barraba homine seditioso, & homicida publico, infamique nebulone comparari, sed etiam, quod indignissimum est illi postponi, quasi indignior vita esset quam improbus latro. *Quæ* iniuria fuit una de maximis, qua Iudæi Christum affecerunt.

2. considera, inauditam Iudæorum cæcitate[m], & feritatem insatiabilem, quam de Pilato summopere admiratus est, quod lupum prætulere agno, hominem sceleribus coopertum, iusto & innocenti, sanguinariū latronem, auctori vitæ. Hic fractus est cordis obdurati in malo.

3. considera Barrabam nos præponere Christo, cum iudicium nostrum Superiorum, qui vicem Christi tenent, iudicio præponimus, cum carnem spiritui, vitium virtuti, honorem mundi, honori Christi, seculum religioni.

3. *Tum Pilatus.* Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? At illi dixerunt. *Crucifige, crucifige eum.* Considera quot laqueis homo cum non quærit purè gloriam Dei, animæque salutem, sed fauores humanos

eum Pilatus modo expeditum Christum quid ageretur à turbulento cum Iesu. iudicem seditioso Evangelio quod Pilatus re Christum quædam dextra sola tentavit, importunum Christum à Deo Patre

M

De v

SEDE N  
um Se  
opportu  
sum nem  
tiam ma  
sed diu  
sidera D

cum Pilato se inuoluar. Cum enim nullo  
 modo expectasset Barrabam anteponen-  
 dum Christo, totus turbatus fuit, nesciens  
 quid ageret, sic ut tandem perat consilium  
 à turbulento populo quid facere debeat  
 cum Iesu. Quid enim absurdius, quam  
 iudicem sequi sententiam accusatoris, &  
 furioso gladium præbere? 2. Considera,  
 Evangelistas ideo tam diligenter narrare,  
 quod Pilatus variis viis conatus sit libera-  
 re Christum, tum ut constaret, quam ini-  
 què damnatus esset, quem prophanus iu-  
 dex sola æquitate motus toties dimittere  
 tentauit, tum ut ex ratione damnationis  
 importunè per vim exortæ, appareret  
 Christum non tam ab hominibus, quam  
 à Deo Patre ad crucem tractum fuisse.

## MEDITATIO XVI.

*De viso uxoris P. lati Matth. 27.*

SEDENTE Pilato pro tribunali, misit ad  
 eum uxor eius dicens. Considera, valde  
 opportune nuncium illum ab uxore mis-  
 sum nempe cum iam ad ferendam senten-  
 tiam maritus paratus esset, ut res non casu  
 sed diuino consilio facta videretur. 2. Cō-  
 sidera Deum ita voluisse eodēnari Chri-  
 stum,

stum, vt cum in toto populo nullum p  
tronum, nullum inter scribas & senio  
aduocatum inueniret pro se, omnibus  
men modis & omnis generis personar  
sententiis, virorum & mulieru, eius in  
centia testata redderetur. Ac discas De  
nunquam permittere piorum famam  
opprimi ab impiis, quin semper emine  
aliqui, qui eorum innocentiam tuer  
tur

2. *Iussit vxor Pilato dici. Nihil tibi & illi, id est, ne te eius negotio immisceas nec eum condemnes.* Considera Deum humanitatem Pilati, qua conabatur eripere Christum e manib. Iudæorum volente remunerari speciali gratia, vt non mitteret angelum noctu ad vxorem, deinde, vt vxor nuntium mitteret per medieturbas, qui moneret eum contra quægeretur, esse iustum hominem, imo Christum, & deterreret à condemnatione, quia non paruit, inexcusabilis fuit. Tanta mali causa est: metus offendendi Cæsarem.

2. Considera, sicut prima mulier à petroso angelo inducta fuit, vt causam delicti lapsus Adami, & perdicionis generis humani. Ita Deum per bonum angelum mouisse mulierem vt abduceret virum suum à gra

à grauiss  
neris h  
ac saluata.

Multa

propter eum

solicitam,

dera mult

mulieri p

vt impedi

enim Chri

sponsis P

limbo exu

ideo metu

colligis, q

vinc dca

cepto reu

sicit. A

factum.

M

De fl

Cvm t

se cau

marent c

eum, &

Considera



PASSIONE DOMINICA 271

à grauiſſimo *hæc* perdenat autorem ge-  
neris humani. Vnde & putatur credidiſſe  
ſe ſaluata.

Orig.

&

Chry.

ſoſt. 3.

*Multi enim paſſus ſum hodie per viſum  
propter eum id eſt, multa ſomniaui, quæ me  
ſollicitam, anxiam que reddiderunt. Conſi-  
dera multos Patres arbitrari terrores hos  
mulieri per quietem iniectos à dæmone,  
vt impediret Chriſti paſſionē. Aduerterat  
enim Chriſtum eſſe Meſſiam, tum ex re-  
ſponſis Pilato datis, tum quia Patres in  
limbo exultabant de vicina liberatione; &  
ideo metuebat ſuas vires minuendas. Vnde  
colligis, quanta fuerit malitia hominum,  
vne dæmon quidem eos auſus fuerit à  
cepto reuocare, ſed opem à muliere qua-  
ſerit. Alii tamen malunt à bono angelo  
factum.*

S. Ign.

Cypr.

Bern.

MEDITATIO XVII.

De flagellatione Chriſti. Matth.

27. Mar. 15. Ioan. 19.

*Cum tertio Pilatus proteſtaretur nullam  
ſe cauſam mortis inuenire, & Iudæi cla-  
marent crucifigendum Ieſum, apprehendit  
eum, & congregata tota cohorte flagellauit  
Cōſidera hætenus ſponſum animæ tuæ, vt  
reſibi*

te sibi desponsaret, variis modis irritum  
 consputum verberatum, nunc autem ve-  
 rum esse ad vulnera, vt qui tibi hono-  
 suos, libertatem, aliaq; corporis bona do-  
 dit, nunc etiam sanguinem propinaret, et  
 furus, qua tu vicissim liberalitate sis victu-  
 rus, qua tu vicissim liberalitate sis victu-

2. Considera. Christum à Pilato præ-  
 rianis militibus tradi, qui totam cohortem,  
 id est, 600. milites conuocarunt: et  
 attende miram eorum perulantiam, Chri-  
 sti vero incredibilem confusionem & pau-  
 entiam. Primò enim eum toto corpore  
 coram tanta multitudine denudant: Tu  
 sacrum corpus columnæ alligant, brachia  
 in altum erectis. Stat agnus inter lupos  
 ne pro eo loquitur, nullus miseretur.  
 Tale spectaculum non fuit à condito  
 be, vt flagella caderent in humeros Dei.

2. CONSIDERA, quam grauis & acerba  
 fuerit flagellatio. Veteri quidem lege ce-  
 uebatur, ne ultra 40. verbera infligeretur,  
 tur, hac addita causa, ne quis tot plagis  
 foedè laceratus expiraret. Argentilis mi-  
 les nec hac lege tenebatur, nec communi  
 ratione vlla mouebatur, sic vsq; 400. ve-  
 bera, vt nonnullis sanctis reuelarum est  
 illi infixerat. Quod non videtur impro-  
 babile, quia ideo Pilatus eum flagellari  
 voluit

*Deut.*

25.

voluit, vt Iudæorū rabies viso Christi corpore misere dilaniato aliquantum miteretur. Deinde quia flagellatio ideo præmittebatur crucifixioni, ne nuditas corporis crucifixi aliquem ad turpitudinem moueret, & ideo totum erat deformandū. Considera internis oculis, quanta vi tum vigis, tum nodosis funibus corpus discerpant sanguine vberim in terram defluente; auribus excipe multiplices ictus, cachinnos & sannas cædentium. Vide quoque in angulo aliquo latitantem B. Virginem, & cum gemitu singulos ictus numerantem.

Considera Christum dum à columna solueretur, in star trunci prolapsus in terram: tam enim erat fractus & debilitatus ex flagellatione, vt pedibus insistere non posset. Aspice enim in pauimento reptantem sanguinem, vt veste se cooperiat. Vt autem in pedes egre se erexit, cogita eum sic te allocutum. Fili mi, hæc passus sum libenter amore tui. Expende quam parum respondeas huic meo amori, tum quod tam impatiens sis in paucis flagelli alicuius ictibus perferedis, tum quod quotidie nouis peccatis & imperfectionib. me flagellare non desistis.

§ MEDI.

## MEDITATIO XVIII.

De Coronatione Christi. Matth.

Marc. 15. Ioan. 19.

1. **M**ILITES præsidis exuentes eum, & dederunt ei chlamydem coccineam, & plectentes coronam de spinis, posuerunt caput eius. Considera, non sine verecundia virgineum corpus iterum nudati, & ingenti dolore vulnera omnia, quibus stis eius inhærebat, fontibus nouis orientibus renouari. tum purpura regiam quam regni affectator eum per sum ludibrium induit. 2. Considera coronis aculeatam ei imponi, & hastis uersè positis in benedictum caput spinas (quæ longitudinem ferè digiti nimirum æquant in illis regionibus) videre aculeos ex fronte, & temporibus, quæque vi penetrare cranium. Quanta dolor, quanta acerbitas? A condito auditu non est tali supplicio aliquem factum. Et mirum est vel dæmonem quid potuisse excogitare.

3. *Arundinem ei in dextera dant, eadem*

PASSIONE DOMINICA. 277

cutiunt caput, dant alapas & genu flexo ad-  
iunt. *Aue Rex Iudaeorum.* Considera, nul-  
lam intermissionem, vel quietem benedi-  
cto Iesu ab impiis ministris dari, rursus in-  
iurias in domo Caiphae illatas renouari, &  
recentibus augeri, ut dum scurriliter ab  
improba illa turba in haec verba polite-  
rino flexo irridetur. Tunc omnium biped-  
um abiectissime, miser mendice, Rex es-  
se concupisti: unde tibi hoc delirium? Sed  
qualis Rex es, tale nunc accipe sceptrum,  
nempe inanissimum & vanissimum. Et  
rursus dum scepro illo caput caeditur, &  
spinæ altius in caput deprimuntur. Quo  
exemplo discimus, quam aspernanda sit  
omnis humana gloria, & quanto deside-  
rio contemptus nostri quaerendus.

Exiit ergo IESVS portans spineam coro-  
nam, & purpureum vestimentum, & dicit  
iis Pilatus. **ECCĒ HOMO,** Ego nullam  
causam inuenio. At Pontifices clamant.  
*Crucifige eum.* Considera, miserabile spe-  
taculum. Egreditur mitis IESVS, di-  
ducta purpura portans loco diadematis  
coronam spineam, ligatis manibus, a-  
rundinem in dextra pro scepro tenens,  
vultu liuido, sputo, sanguine & vibicibus  
detur-

§ 2

37

deturpato. Pilatus verò sperans  
hoc diro spectaculo molliendos, dicit  
*se homo*, ecce quem vos dicitis filium  
se facere: Ecce miserum regem, qui  
detur homo. 2. Considera, cæcitate  
lati. Iterum protestatur Christum esse  
noxium, & tamen tam fædè eum tra-  
nit, vt vix hominis speciè retinuerit.  
nec canem quis ira tractaret. 3. Consi-  
si teste Pilato innocens est Christus,  
hæc illi contigerint. Nimirum ex  
bia tua irrisiones, ex auaritia nuditas  
ebrietate sanguinis effusio, ex  
spinæ, ex ira vulnera, ex inuidia  
ex accedia funes & vincula. Si ergo  
non potuit Pontifices excitare ad  
miserationem, te saltem excitet. Hæ-  
næ enim pro te perferuntur, hic  
tibi propinatur, hæc mala tibi donantur  
vt iis quasi pharmacis peccata tua

2.

## MEDITATIO XIX.

*De aliis accusationibus Christi coram  
Pilato. Ioan. 19.*

3.

**A**D clamorem Pontificum responde-  
tus. Accipite eum vos & crucifigite  
illi. Secundum legem debet mori, quoniam

PASS  
Dei se fec  
Pontifice  
to non ab  
atq; canem  
niar te a  
mini, cor  
in medita  
dum igni  
verum di  
Omnia e  
nem & m  
& Prophe  
volebant  
blasphem  
vt discas  
dicta in l  
& tu ex m  
Pilato  
ente Ma  
me posse  
potestate  
ideo qui  
tacuisse  
iam eni  
se respo  
non lo  
tem no  
dixerat

*Dei se fecit.* Considera, quod sicut impii Pontifices coniecto Christo sanguinolento non aliter in eius necem inardescabant atq; canes viso sanguine feræ, ita conueniat te accendi in amorem passionis Domini, contemplatione dolorum eius, ut in meditatione tua exardescat ad imitandum ignis deuotionis. 2. considera ludæos verum dicere, sed non ad mentem suam. Omnia enim veteris legis sacrificia passionem & mortem filii Dei adumbrauerunt, & Prophetæ clarè prædixerunt: illi autem volebant Christum mereri mortem ob blasphemiam, quod faceret se filium Dei ut discas Deum aliorum malè facta vel dicta in bonum tuum commutare, quo & tu ex malis semper bona elicias.

*Pilatus rogat Iesum.* Tu quis es? eoq; tacente *Mibi*, inquit, non loqueris? an nescis me posse dimittere te? Respondit Iesus, nullam potestatem haberes, nisi data esset desuper: & ideo qui tradidit me plus peccauit. Considera tacuisse Iesum, ne sanctum cani daret, iam enim immani flagellatione indignum se responso reddiderat. tum ut nos doceret non loqui, nisi cum necesse est, necesse autem non erat Christo loqui, quia iam ante dixerat regnum suum non esse de hoc mundo, &

do, & si plus dixisset, intellectus nō fuisset  
 cum nec angeli capiant eius generationē  
 2 Considera Pilati superbiam, quod rati-  
 onem Christi sine causa reputeret  
 contemptum: facile quippe indignum  
 homo superbus, quia nec minimum qui  
 potest ab aliis tolerare. 2. quod non ag-  
 noscat omnem potestatem se à Deo habere  
 cum tamen sine eius voluntate, nec foli-  
 arboris commoveatur. Imò docet Cypru-  
 nus nec posse diabolum quicquam in ho-  
 minem, nisi Deus permiserit.

ls. 3. ad  
 Quir.  
 c. 80.  
 3.

3. Exinde querebat Pilatus dimittere  
 Iudai autem clamant. Si hunc dimittis, non  
 amicum Casaris. Tum producto Iesu, dixit. Tu  
 ce Rex vester. Respondent Pontifices. Non  
 habemus regem nisi Casarem. Considera, Pi-  
 lum audita mentione peccati, serio  
 Christodimittendo cogitasse, ne se maiori  
 crimine obstringeret: sed postquam de ho-  
 nore suo apud Casarem agi vidit, rursus  
 animo concidit, similis illis, qui veritatem  
 tuentur, quā diu id vident sine suo dispo-  
 sio fieri posse, sed si turbo aliquis se im-  
 mittat, vela convertunt. 2. Considera Iu-  
 daeos, quia repudiato Christo vero Rege  
 Casarem regem suum esse voluerūt in tota  
 mala, & perpetuam servitutem incidisse

nec secus  
 ingo suau  
 redeunt, q  
 dimancip  
 M  
 De Ch  
 V<sup>l</sup> den  
 mag  
 nu, dicen  
 huius, vos  
 fieri siml  
 bus, neq;  
 vel necess  
 quando i  
 scientiam  
 in alios re  
 bis falli c  
 ex cerim  
 cam aqu  
 tur. secun  
 nam in ne  
 qui hsd  
 quibus e  
 Et ve ff  
 gnis eise  
 Confide

103



nec secus succedere omnibus qui abiecto  
 iugo suavi seruitutis Christi ad mundum  
 redeunt, quippe cum perpetua fiant mun-  
 di mancipia, & cum mundo peccant.

## MEDITATIO XX.

De Christi D. N. condemnatione.

Matth. 27.

**V**idens Pilatus quod nihil proficeret, sed  
 magis tumultus fieret, aqua lauit ma-  
 nus, dicens. Innocens ego sum a sanguine iusti  
 huius, vos videritis. Considera, Iudæis nos  
 fieri similes, quando nullis neque rationi-  
 bus, neq; monitionib. in re ad salutē utili  
 vel necessaria acquiescimus; Pilato autem,  
 quando in aliorum gratiam contra con-  
 scientiam quid facimus, & culpam totam  
 in alios retorquemus. 2. Considera, Pilatū  
 bis falli cum putat se innocentem, primo  
 ex cerimonia externa lauandi manus. non  
 enim aqua, sed lacrymis peccata purgan-  
 tur. secundo: quod iustum inuitus damnet  
 nam innocens esse nō potest, inquit B. Leo, <sup>Ser. 3.</sup>  
 qui isdem labiis mittit Iesum in crucem. <sup>de pass.</sup>  
 quibus eum pronunciauit innocentem.

Et respondit uniuersus populus dicens San- 2.  
 guis eius super nos, & super filios nostros.

Considera, cæcum furorem inuidiæ non  
 negant

S 4 negant

negant Iesum esse iustum, sed ut timore  
 praesidi animum addant, se & posteros  
 os grauissimis malis obstringunt. 2. con-  
 sidera, quanta sit insania, malum sibi  
 precari, cuius grauitatem ignores. Sit  
 quodlibet aliud peccatum igne aeterno  
 excrucians, pro quo delendo  
 sanguis fusus est, heu qualis gehenna  
 nebit peccatum illud, per quod hic sangui-  
 fusus est! His similes sunt qui nihil pe-  
 dentes grauitatem poenarum inferni, pe-  
 gunt Deum offendere. 2. qui res ardua  
 nulla consideratione, quod rationem tra-  
 dituri sint apud Deum, suscipiunt.

3. *Tunc Pilatus volens satisfacere populo  
 iudicauit fieri petitionem eorum, hoc  
 ut crucifigeretur. Considera, quam ini-  
 & praeposterum fuerit hoc Pilati iudicium.  
 Paulo ante agnoscebat per inuidiam  
 dauid Iesum traditum, appellat hominem  
 iustum, protestatusque erat se nihil carni  
 in eo inuenire, & iam crudelissimae con-  
 voluntati illum tradit. 2. Considera quomodo  
 humiliter mitis Iesus absque vlla contra-  
 dictione funestam sententiam excepit  
 nec secus, quam si de omnibus criminibus  
 obiectis serio conuictus esset. 3. considera  
 quemodo lata sententia Satanaei satellitum*

PA  
 res irru  
 iuriar  
 strume  
 iam tot  
 rifices.  
 moestif  
 tota in

ET ap  
 ut cr  
 exiit in  
 rum cru  
 sto iam  
 eto ing  
 nunt, p  
 occum  
 simum  
 Omnib  
 ta abs  
 Christ  
 decore  
 praesen  
 onustu  
 tota sp  
 danti

res ill

res irruerint in Iesum, & omni genere iniuriarum obruerint. Iam crux & feralia instrumenta, id est clavi, & alia parata erant. Iam totis artibus exultabant omnes Pontifices, Scribæ, Seniores, populus. Sola mœstissima Domini parens cum discipulis tota in lacrymas soluta est.

## MEDITATIO XXI.

*De crucis baculatione.*

ET apprehendentes Iesum, eduxerunt eum ut crucifigerent: & baculans sibi crucem, exiit in Caluarie locū. Considera Iudæorum crudelitatem inauditam, quod Christum fatigato, membrisq; omnibus fracto ingentem illam trabem crucis imponunt, perinde ac si vellent eum in ipsa via occumbere. Ac ubi quæso legitus vel pessimus latronem suum gestasse patibulum? Omnibus supplicio afficiendis instrumenta abscondi solent, quibus occiduntur. at Christo etiam gestaanda eum summo dedecore imponuntur. 2. Considera & quasi præfens aspice, quomodo tanto pondere onustus procedat, oculis languidis, facie tota sputis adhuc & sanguine plena, trepidantibus & vacillantibus genibus ac tan-

S s dem

dem toto corpore septies in terrā cutruente; quibus casibus nouo vulnere humeros vulnerauit, & alia ex flagellatione accepta renouauit.

*In via Simonem Cyrenaeum angariauerunt, ut tolleret crucem eius.* Considera, non facile esse, si Christus crucem suam baiulet, eamque nos sola fide & meditatione aspiciamus: sed opus est, ut nostrā quoque crucem inferendis iniuriis, mortificandis passionibus, carneque castiganda ieiuniis, disciplinis, aliisque poenitentis feramus iuxta illud Christi. *Si quis uult uenire post me: abneget se metipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me* 2. Considera Simonem hunc non sponte sua, sed coactum huic cruci humeros submisisse, ut discas in ferenda crucem requiri, ut vis inferatur naturae, & carne semper spiritui reluctanti. 3. Considera utilitatem, quam Simon iste licet iniuriis portans crucem, tanquam laboris mercedem reportarit. nam eius nomen toto orbe divulgatum est, patria eius innotuit, & filii eius non modo Christiani facti sunt, sed etiam fama celebres.

*Iesus ad mulieres sientes conuersus* Ne siccate, inquit, super me, sed super uos, & filios uostros. *Si in uiridi ligno haec faciunt, in arido*

quid fiet? Considera, Dominum non voluisse se defferi, sed populum, vt ostenderet potius nobis esse flendum de peccatis, que mortis illius fuere causa. deinde, quia multis mors Christi maiorem damnationem erat allatura, vt improbis. Secundo. Considera, si viride lignum, id est, is qui in mundum venit sine peccato, non egressus est sine flagello, quomodo nos qui in peccatis nati sumus, & in illis vivimus, sine flagello & cruce poterimus ad vitam æternam pervenire? tertio Considera, quam triste & acerbum fuerit Virgini matri spectare unicum suum vitæ solamen, tam miserè derelictum, curuumq; inter duos latrones incedentem, & inter clamores populi tam immaniter tractari. Videre ibi erat duos soles, cum se mutuo aspicerent, deficientes.

MEDITATIO XXI.

De Christi Crucifixione. Marc. 15.

Luc. 23. Ioan. 19.

ET venerunt in locum qui dicitur Colgotha, I.  
 q. est. Caluaria locus & ibi crucifixerunt eum.  
 Considera quam molestus fuerit Christo  
 istius

istius montis ascensus, qualem sibi vim intulerit, tenero que & exhausto iam corpori, ne saluti tuæ deesset, & in monte cœli viciniore Deo Patri se sistens holocaustum pro peccatis tuis, in odorem suauitatis offerret. 2. Considera genus mortis crudelissimæ. Primum enim vestibus omnibus eruitur violentè quo facto omnia sine dubio vulnera sunt renouata, stabatque ibi mansuetus Iesus totus sanguineus. Deturditur in trabem humi iacentem, clauis obrutis perforantur manus & pedes. O dolor incredibilis. manus enim plenæ sunt venis & neruis, augetur dolor violenta extensione brachiorum pedum que vt respondet foraminibus. Tum eleuatione, & conuersione crucis dum in scrobem effossam committitur, ac demum diuturnitate temporis, nempe trium horarum, quibus in cruce pependit.

2. Considera quanta ignominia hoc genere mortis affectus sit Christus, nullum enim id temporis erat vilius & seruilius. Patitur in monte & stipite eminenti, vt omnibus esset ludibrio? in loco supplicii publicis destinato vt improbus haberetur. Inter duos latrones, vt omnium sceleratissimus reputaretur. In ipso meridie vt o-

maet

PA  
 nnes a  
 tora na  
 vrbe to  
 diebus  
 ignom  
 mni ge  
 nullum  
 fuit, qu  
 Con  
 tis Chr  
 erat acc  
 & ad sa  
 darius.  
 lata, m  
 & genu  
 cilians  
 quæter  
 ciperet  
 manibu  
 haberet  
 deniqu  
 leret, &  
 De duo  
 cifixi  
 ET cr

PASSIONE DOMINICA. 285

omnes adessent. In die solemni paschæ, quo  
tota natio Hierosolymam confluebat. In  
vrbe totius Iudææ principe, quam sex ante  
diebus cum triumpho intrarat. Et in tanta  
ignominia adhuc verbis probrosis ab om-  
ni genere hominum excipitur. Demum  
nullum genus tormenti, nullum infamiæ  
fuit, quod Christus expertus non est.

Considera causam, cur hoc genus mor-  
tis Christus elegerit. Prima est, quia nullū  
erat acerbius, diuurnius, ignominiosius,  
& ad salutem tibi parandam accommo-  
datus. 2. vt tanquam hostia in altum sub-  
lata, mediatorem se inter patrem cœlestē,  
& genus humanum interponeret, recon-  
cilians ima summis. 3. vt etiam te oculis  
quereret, venientem expansis brachiis ex-  
ciperet, in sacris vulneribus recondere,  
manibus insculptum ob oculos semper  
haberet, & capite inclinato oscularetur,  
denique vt mentem tuam à terrenis auel-  
leret, & ad cœlestia attolleret.

MEDITATIO XXIII.

De duobus latronibus cum Christo cru-  
cifixis. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23.

Ioan. 19.

ET crucifixerunt cum eo duos latrones, v-  
num

num à dexteris, & alium à sinistris. Considera execrandam Iudæorum improbitatem quod redemptorem mundi crucifigant latronem, incredibilem vero Christum militatem; quod talis voluerit haberi, ut talis mori, idque nostra causa, ut quoniam te malefactores sumus, & latrones, hoc animæ nostræ occisores, dum peccata libenter confusionem & pœnam aliquam pro peccatis sustineamus. Considera, ut Christus in vita tolerauit societatem Iudæ, in morte vero latronum, sic te debere tolerare humiliorum & pauperum conuersationem & sicut ille sua societatum fecit ex improbo probum, ita & nostra consuetudine alios facere debere meliores.

2. *Medium autem Iesum* Considera deos hac ignominia conatos non esse Christi delere, ut pro Messia latronum principem haberetur, sed Christus hanc eorum utilitatem ad suam conuertit gloriam. Notandum cum tres sint cruce affixi, ipse tamen solus cum cruce sua toto orbe factus est gloriosus. 2. inter peccatores moriens omnia pretia persoluit. 3. neminem, quamuis detestabilem latronem à salute excludit. 4. iudex erit in extremo iudicio omnium bonorum

PA  
norum  
tro ad  
1. Con  
tronei  
scias ne  
da exce  
Et in  
iniquis  
tempo  
casu, se  
Christu  
inter di  
rem me  
terasq;  
hominu  
uenieba  
niquos  
reputa

Deo

M  
SCR  
Pila  
sidera  
fectau  
lōge al



PASSIONE DOMINICA. 287

norum & malorum. bonos representat la-  
tro ad dexteram, malos latro ad sinistram

1. Considera æque bonum atq; malum la-  
tronem cum Christo crucem sustinere, vt  
scias neminem licet bonum à cruce feren-  
da exceptum.

*Et impleta est Scriptura, qua dicit. Et cum*  
*iniquis reputatus est.* Considera, id tanto  
tempore prædictum, vt intelligeretur, non  
casu, sed diuina etiam voluntate accidisse.  
Christus quæ ad diuinitatem medius erat  
inter diuinas personas, quoad humani-  
tatem medius inter angelos, & homines ce-  
terasq; creaturas. Quoniam vero omniũ  
hominum iniquitates in se susceperat, cõ-  
ueniebat vt licet non esset, tamen inter i-  
niquos medius. id est, omniũ iniquissimus  
reputaretur.

MEDITATIO XXIV.

De crucis Christi titulo, Matth. 27

Marci 15. Luc. 23. Ioan. 19,

SCRIPSIT autem & titulum cause eius  
Pilatus. Et posuit super crucem eius. Con-  
sidera Pilatum quidem id fecisse, vt ob af-  
fectatum regnũ putaretur crucifixus, sed  
lõge aliã causã fuisse Dei, nẽpe vt inuenires  
omnem

Isa. 53

16

omnem salutem in Iesu, omnes flores  
 tutum in Nazareno, & omnem in regem  
 curritatem. Titulus enim erat, *Iesus Na-*  
*renus Rex Iudaeorum.* 2. ut cognosceret  
 tabula domui praefixa, quae disciplina  
 doceantur. Solent enim ludimagistri  
 uis indicem lectionum praefigere. Hic  
 nim discis saluari, virtutes omnes secta  
 teipsum regere, mundum & diabolum  
 carnem vincere, confiteri peccata, lau  
 re Deum, corpus castigare, cruce te  
 signare in omnibus actionibus, & dicit  
 Titulus triumphalis liberet me ab om  
 bus malis.

2. *Et erat superscriptio scripta Hebrae*

*Græcè & Latine.* Considera variis ling  
 ritulum scriptum quia omnium inter  
 hunc regem crucifixum agnoscere, imo

1 Cor. Paulus non iudicat se aliud scire quam

2. sum crucifixum. Ideo enim in edito loco

figitur, ut eminus videas, & legas & inte  
 ligas, ac speretis aliis Dominum sequaris.

quae a omnibus linguis laudandus est. Me

has crucifixus, sicut & nunc his solis tribu

in diuinis Ecclesiae officiis tanquam cru

Dominica consecratis, laudatur. 3. quia

Christus hac re docere voluit, neque sapie  
 entiam caelestem, quae Hebraice in Bibli

nec vllan  
 manam,  
 e, valere,

Dicum

Iudaeorum

Respondit

dica, Iuda

danos, qu

seculi & c

gni Christi

bos autem

gloriar, &

do, vel car

ceptam in

gressu dese

scripti, scri

cepi, perse

semel scrip

semel pro

ME

De vestim

MLIT

perus

fidera Chri

culas tantu

sem, arcend

ac

nec ullam scientiam vel eloquentiam humanam, quæ græcè vel latinè conscripta è, valere, nisi ad crucifixi gloriã referatur.

*Discunt Pilato Pontifices. Noli scribere. Rex Iudaorum: sed quia dixit. Rex sum Iudaorũ. Respondit Pilatus. Quod scripsi, scripsi. Cõsidera, Iudæos, id est, omnes pios & mundanos, qui addicti sũt voluptatibus huius seculi & carnis, non posse ferre nomẽ regni Christi crucifixi, sicut nec crucis; probos autem in sola cruce cum D. Apostolo gloriari, & cũ aliquando à dæmone, mũdo, vel carne tentãtur, vt crucẽ semel susceptam in baptismo, vel religiosæ vitæ ingressu deserant, cum Pilato dicunt. Quod scripsi, scripsi. Quod voui, seruabo. Sicut cepi, perseverabo. Si enim Pilatus quod semel scripsit, mutare non vult, cur tu quod semel promissisti, mutes?*

## MEDITATIO XXV.

*De vestium Christi diuisione. Ioan. 19.*

*Luc. 23. Matt. 27.*

**M**ILITES cum crucifixissent IESVM, acceperunt vestimẽta eius, & tunicã. Cõsidera Christi paupertatem, habẽtis pauculas tantum vestes ad tegendam nuditatem, arcendumq; frigus necessarias. Et tunicã

T nica

*Euthy.* nica quidem inconsuta à matre Dei Christi  
*Matth.* sto infantulo fuit contexta, quæ cum  
 27. crescebat crescebat, sicut filiis Israel in de-  
*Deut.* seruo, ut discas omnem superfluitatem ve-  
 29. stium fugere. 2. Considera, liberalitatem  
 Christi; corpus dederat, sanguinem pro-  
 fuderat, nunc etiam externa bona, id est  
 vestes tibi donat, nihil præter clavos, na-  
 mas, spura, & concretum corpori cruore  
 seruans. Tu si perfectus Christi imitari  
 esse velis, nudus ad nudum Christum adro-

2. *Et fecerunt quatuor partes, sorte magis  
 quam quisque tolleret.* Considera, multum  
 per irrisionem portionem aliquam vestis  
 sibi sumpsisse, tanquam Regis Iudæorum  
 ornatum: ut tu quoque vel fimbriam ve-  
 stis eius serid colligas, hoc est, quicquid  
 portionem Christi quoquo modo attingit  
 pretio habe, ut sunt sacramenta eius, veritas  
 eius, signum crucis. 2. Considera, nos cum  
 militibus vestes Christi diuidere, cum aliis  
 ter nos non satis conuenimus, aut cum aliis  
 liis discordiæ occasionem præbemus.

3. *De tunica inconsuta per totum dixerunt  
 scindamus eam, sed sortiamur de illa cuiuslibet.*  
 Considera, ut per vestimenta significantur  
 variæ hominum societates, & particulariter  
 Ecclesiæ, quæ possunt per hæreses diuidi  
 c. per

Ac per t  
 Ecclesiam  
 non por  
 terineb  
 id est, tot  
 tunica ex  
 suilem e  
 in Deum,  
 in alios a  
 nim solus  
 amore riu

De iuriso

Transfe  
 capita  
 templum  
 Salus fac  
 populi, Pr  
 mo quide  
 neutium, &  
 iam bene  
 ut quod in  
 de, quæ g  
 tum Chri

PASSIONE DOMINICA. 393

Ac per tunicam inconsutilem significari  
Ecclesiam Catholicam Romanam, quæ  
non potest diuidi, sed vnam tantum fidẽ  
recinebit, & est, *desuper contexta per totum,*  
id est, toto orbe diffusa. Tu caue ne ab hac  
tunica excidas. 2. considera tunicam incõ-  
sutilem esse verum & perfectum amorem  
in Deum, hic enim verè inconsutilis est, &  
in alios amores diuidi non potest. Deus e-  
nim solus vult amari, non admittit in sui  
amore riualem.

MEDITATIO XXVI,

*De irisionibus Christi in cruce. Matt. 27.*

*Marc. 15. Luc. 23.*

**T**ranseuntes blasphemabant mouentes  
capita sua, & dicentes. Vah qui destruis  
templum Dei, & in triduo illud reedificas:  
& salua fac te ipsum. Considera, feritate  
populi Principum, & militum, ne in sum-  
mo quidẽ agone Christi ab iniuriis absti-  
nentiã, & cum peccata non inueniant, et-  
iam beneficia & miracula ei exprobrantiũ,  
vt quod infirmos sanauit. Contra perpen-  
de, quã grauitè hæ blasphemix mantue-  
ntiam Christi cor pupugerint: cum sciant

T 2 re. als-

maledicta in calamitosum coniecta ip  
calamitate esse acerbiora.

*Similiter & principes Sacerdotum d  
bant. Si filius Dei, si Rex Israhel est, descende  
nunc de cruce, & credimus ei. Cōfidit in De  
liberet eum nunc, si vult: dixit enim, quia  
filius Dei sum. Alios saluos fecit, se non potest  
Considera, cæcam Iudæorum stulticiam  
quia enim filius Dei fuit, ideo non debet  
relinquere obediētiā Patris, sed bibere  
totum calicem, quæ dederat illi Pater.  
Deinde, quia rex Israhel fuit, non debet  
descendere, cum scriptum sit. Dominus  
ligno regnaturum. & si regnet non debet  
imperij sui sceptrum, nempe crucē de  
rere. Similiter si seipsum saluum facere  
voluit & alios, debet persistere in cruce,  
qui perseverarit vsq; in finem hic saluus  
erit: vnde discis, in vitæ sanctæ propo  
sitione etiam si difficile nonnunquam sit, per  
sistere in finem.*

*Pf. 95.*

*Illadebant autem ei & milites acetos  
10, dicentes. Si tu es Rex Iudæorum, saluum  
nos fac. Cōsidera, ab impiis nullam in hac  
vita cognosci, nisi corporis salutem & com  
moditatem, ignaris pro animæ salute  
Christum facere, & vt nos eadem via per  
multas tribulationes in cælum cendere*

*3.*

PAS  
mus. 2. C  
probria  
amore C  
loquend  
animæ i  
no latron  
M  
De prim

I  
Esus an  
septem  
lido prot  
ne de cap  
rationem  
mor aure  
admitte,  
sunt 7. Sa  
tus sancti  
tia. 2. Cō  
lius Dei. 6  
quædo? p  
nibus exp  
madens I  
& omnib  
missionē  
ram hosti  
nis factæ

mus. 2. Considera Christum ad omnia op<sup>o</sup>  
probria nihil respondisse, vt nos doceret  
amore Christi illa patienter ferenda, nec  
loquendum nisi cum honor Dei, vel salus  
animæ id exposcit, & ideo locutus est bo-  
nolatrioni, non malo.

MEDITATIO XXVII.

De primo verba Christi prolato in cruce.

LUC. 23.

**I**ESVS autem dicebat. Considera. Iesū hæc  
septem verba extrema cū clamore va-  
lido protulisse, copiosisq; lacrymis sāgui-  
ne de capite defluente mixtis. Lacrymæ o-  
rationem rigabāt, sanguis exornabat, cla-  
mor aures Patris penetrabat. Hæc & tu  
admitte, ac expende, his enim sanctificata  
sunt 7. Sacramenta, & impetrata 7. Spiri-  
tus sancti dona, ac depulsa 7. capitalia vi-  
tia. 2. Cōsidera, quis dixerit hæc verba? Fi-  
lius Dei. Cui? Patri. Vbi? in arbore crucis.  
quādo? proximus morti. Quomodo? ma-  
nibus expansis in cruce stans, & sanguine  
madens. Pro quibus? pro suis crucifixorib.  
& omnibus peccatoribus. Quid petiit? re-  
missionē peccatorū. Corā quib? etiā co-  
ram hostibus, vt testes essent condonatio-  
nis factæ.

T 3 Pa

PATER, *Dimitte illis.* Considera verba  
 singula. *Pater*, quod est misericordiae me-  
 men, non iustitiae, vt *Dominus*. q. d. *o pater*  
 agnosce me filium. Pater filio nil recusat.  
 Itaque quam carum habes me filium, ha-  
 nunc me orātem exaudi. Cum enim idem  
 crucem hanc ascenderim, vt veniam in-  
 petrarem, nouam crucem mihi imponi  
 si abnueris. Hanc vnam obedientiae meae  
 postulo mercedem. 2. Considera vocem  
*Dimitte* Fungitur officio Sacerdotis *Do-*  
*minus*, orat enim pro peccatis populi  
 & hostiae, nec gratuitam solum condona-  
 tionem petit, sed & offert satisfactionem.  
 Clamant vulnera, sanguis, sputa, dolores.  
*Dimitte*, haec pro peccatis eorum suscipi.  
 Petit autem sine conditione & absolute  
 dimitte, vt discas remissionem peccatorum  
 & diuinam gratiam absolute petendam  
 quia semper ad Dei refertur gloriam  
 inde non petit dimitti tantum peccata  
 remissa, sed omnia etiam futura. 3. nota  
 vocem. *Illis.* id est, non tantum crucifixoribus,  
 sed omnibus, qui peccatis suis causa  
 dederunt meae passioni. Itaque neque  
 ab hac oratione exclusus es.

*Si quis relinquit quid faciunt.* Considera  
*Illis* pro peccatis omnium, & laetam, non  
 deest



PASSIONE DOMINICA. 295

dicis & accusatoris, sed defensoris partes  
suscipere, cum tanta tamen peccati huius  
fuerit malitia, vt nisi ignorantia nomine  
extenuari potuerit, imò cum voluntaria  
fuerit ignorantia, mirum est, quomodo  
Iudæos excusare possit. Excusabit ergo  
CHRISTVS nunc magis illorum peccata,  
qui cum dolore inuocant nomen eius. Et  
tu discce hoc exemplo excusare, non au-  
gere exiguas proximi offensusculas. Se-  
cundo, considera, Iudæos scuisse qui-  
dem, quid mali agerent, sed nesciuisse,  
quæ ipsis mala impenderent & omnes  
peccatores, dum peccant, nesciunt quid  
agant, quia si scirent quam grauitet Deū  
offenderent, quantasque pœnas merean-  
tur, millies mori mallet, *et*

MEDITATIO VIGESIMA

OCTAVA.

*De secundo verbo Christi.*

*Luc. 23.*

*Cum unus latronū Christo improperaret.  
Sicut es Christus, saluū te fac de nos, alit*

*F. + C. 117*

eum increpauit. Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es? & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Considera, mirandam conuersionem boni latronis, quo enim tempore Apostoli de Christo non audebant loqui ille publicè eum defendit, non aterritus Iudæorum calumniis, non proteritione Iudæ, non fuga discipulorum, non Christi mortalitate, socium peccatorem signi caritate corripit prius, quàm sibi ad à Domino petat, inquit timorē mortis impendentis & iudicij tremendi, peccatum suum agnoscit, & crucis peccati satisfactionē sufficit, Christi innocentiam prædicat, qui vere solus cum B. Virg. innocens. 2. Considera, si Deum velis nobis propitiū, blasphemias in Deum factos ex zelo esse arguēdas, peccata facere confitenda, & famam piorum, cui traducitur, tuendam.

Et dicebat ad IESVM. Domine memora mei, cum veneris in regnum tuum. Considera, vnde huic latroni tam repentina mortis, homini scelerato & infideli, & calix, vt primus omnium os suum ad fontem aquæ viuæ apponeret, vt solus Christus in cruce mereretur esse socius? Hac res

Pf. 76.

fuit mutatio dextræ excelsi, ad cuius dextram pependit. Considera, magnam eius fidem, quod quæ mori videbat credidit & professus est Dominum, & regem, non terrenum, sed cœlestem. Deinde spem firmam, quod grauitas peccatorum eum non deterruit, quo minus humiliter peteret sui memoriam non deponi, ubi ostēdit summam in verbo modestiam ac submissiōnem.

*Et dixit illi IESVS. Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Considera, quomodo paulatim saluator sinum misericordiæ expandat. Paulo ante pro crucifixoribus orabat, nunc latroni paradisum aperit. Quam benignus, Domine, quam largus, imò quam prodigus es in hunc latronem. Facile apparet te in mundum venisse ut peccatores facias saluos, imò nihil aliud facere potes, cum sis ipsa misericordia, imò fons omnis bonitatis. 2. considera, si latronem, qui totam vitam in sceleribus transegerat, ob vnius horæ pœnitentiam Christus paradiso remuneratur, quid illis faciet, qui ad mortem vsque fideliter ipsa seruiunt? 3. nota quod è duobus latronibus secum crucifixis, vnum saluauit, ut nemo desperet, imminente morte, alterum

T s vero

vero non saluauit, vt nemo, præcedens  
 misericordiam Dei, poenitentiam ad hanc  
 vitam differat.

## MEDITATIO XXIX.

De tertio verbo in cruce. Ioan-  
 nis 19.

**S**TABANT autem iuxta crucem Iesus  
 mater eius, & soror matris eius Maria  
 Cleopha, & Maria Magdalene. Consi-  
 ra, fugientibus Apostolis, mulieres vsque  
 ad crucem Dominum secutas, ac impu-  
 nis matrem eius, tum quod ceteris ef-  
 feruentior, tum ne quem haecenus sec-  
 fuerat, in morte desereret, & si quid po-  
 solatii præstaret, vel obsequij, tum quia  
 ipsa parata erat, si fieri posset, per crucem  
 mori, sciens sibi prædictum à seculo Sime-  
 ne. Et tuam ipsius animam pertransibit glo-  
 riosius ibi martyrium, nempe in anima  
 passa est. Secundò Considera Beatam Vi-  
 ginem, Sanctum Ioannem & ceteras mu-  
 lieres stetitisse iuxta crucem, non sedisse, con-  
 exanimis cõcidisse, non enim satis est ad  
 salutem, vt simus vicini cruci, sed oportet  
 illis

Luc. 2.

PASSIONE DOMINIC A. 199

stare erectos, & pugnare aduersus tenta-  
tiones.

Cum ergo IESVS uidisset matrem, & di-  
scipulum stantem, quem diligebat, dicit ma-  
tri suae. Mulier, ecce filius tuus. Considera  
IESVM matrem suum vocare mulierem,  
quia maternae aures sine nouo vulnere il-  
lud dulcissimum nomē non inlissent: de-  
inde vt doceret religiosos, qui mundo  
mortui cum CHRIS TO per obedientiam  
crucifixi sunt, obliuisci in terra patris &  
matris. Secundo. Considera sub Ioannis  
nomine omnes nos filios commendatos  
Beatae Virgini, vt hac ratione virginitatē  
cum Ioanne amemus, ipsam vt matrem  
coleremus, & in omnibus tentationibus  
ad eam confugeremus.

Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua,  
& ex illa hora accepit eam discipulus in sua.  
Considera, matrem ideo Sancto Iohanni  
soli commendatam, quia ceteris fuga di-  
lapsus ille solus fidelis amicus vsq; ad mor-  
tem permanserat: veros enim amicos &  
seruos CHRIS TI crux discernit, id est, tē-  
tationum & tribulationum tempus. Filij  
ergo & genuini B. Virg. sunt, qui ad cru-  
cem vsque CHRISTVM sequuntur. 2. Cōsi-  
dera voce, Ecce, indicari summū beneficiū  
esse.

esse, vt cōmunem homo & Deus habeat  
matrem, ad quam confugias, in qua spem  
colloques, quæ mediatrix sit inter nos &  
Deum. 3. Considera S. Ioannem, licet pro-  
perem, hanc nouam matrem recepisse  
sua, non bona, domos, agros, sed officia  
Curam enim eius egit, ne quid deesset. Tu  
roga Dominum, vt tibi etiam sit mater,  
pro te apud filium iugiter intercedat.

## MEDITATIO XXX.

*De quarto Verbo in cruce. Matt. 27.*

*Marc. 15. Luc. 23.*

1. **A** *Sexta hora tenebra facta sunt super  
niuersam terram, usque ad horam nonam,  
& obscuratus est Sol. Considera solem  
in Domini tui passione obscurari, vt sicut  
moriente patrefamilias tota domus pul-  
lis vestitur in signum luctus, sic luctum de  
Domini tui passione in meditationibus  
cōcipias. 2. vt discas grauitatem peccato-  
rum mortalium tantam esse, vt leuius sit  
Solem, & sidera interire, quā vno crimine  
Dei offendi maiestatem: siquidē quo-  
libet peccato mortali Deus est occisus. 3.  
vt intelligas Dominicę passionis fructum  
esse*

esse in contemptu splendoris mundi hu-  
ius. Qui enim cum Christo confixi sunt,  
non honoribus, sed contemptu gaudent  
& neglectu. Vnde Paulus. *Absit mihi glori-* Gal. 6.  
*ari, nisi in cruce Domini.*

Circa horam nonam exclamauit IESVS 2.  
voce magna, dicens. *Eli, eli lamma sabacta-*  
*ni, id est, Deus meus, Deus meus, ut quid de-*  
*reliquisti me.* Considera, CHRISTVM idcir-  
co in fine tam miserabilem edidisse cla-  
morem, quod reuera in parte animi infe-  
riore intolerabiles sentiret pœnas: pars e-  
nim illa nihil solarij vel auxiliij à superiore  
parte, nec ab ipsa diuinitate coniuncta ac-  
cepit, sed relicta fuit, vt pateretur quan-  
tum posset. Hora nona autem corpus to-  
tum erat exhaustum, tum ex copia effusi  
sanguinis, tum ex incredibili clauorum  
dolore, tum ex lethali sudore frigoreque  
vndique diffuso. 2. Considera, quomodo  
in tali statu, moribundos ad cœlum sustu-  
lerit oculos, multisque profusis lacrymis  
clamarit magno affectu, *Deus meus, Deus*  
*meus,* qui nunquam deseris clamantes ad  
te, cur me dilectissimum filium sine vilo  
solatio in hac extrema lucta derelinquis?  
Hinc discce, quid nobis qui pleni pecca-  
tis sumus, futurum sit in hora mortis, si fi-  
lius

lius Dei ita deseritur, nisi Christo coniungamur & maneamus?

*Quidam autem illic stantes, dicebant. Heliam vocat iste. Cōsidera, hoc dictum est, ut discas otiosos homines in rebus suis curiosos, nihil nisi aliorum verba & facta carpere & ridere. 2. ab impiis ignorari delictum crimen inter Eli & Heliam, id est, iniuriam honorem, qui Deo debetur, & qui factis, ut sunt hæretici nostri temporis, illos sinistrè Dei verba torquere, quibus quidè audiunt, sed nō iuxta illa vitam faciunt.*

## MEDITATIO XXXI.

*De quinto Christi Verbo.*

*Ioann, 19.*

1. **S**CIENS IESVS *omnia consummata, ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. Cōsidera, Dominum in tantis crucis tormentis, mente tamen lustrasse Scripturas singulas, an quæ forte superesset nondum tuam salutem impleta, ut tu in Dei voluntatem, superiorūque iussa intentus, nihil omittas eorum quæ tui officij, vel vocationis sunt. 2. Cōsidera Christum nihil vo-*



PASSIONE DOMINICA. 307

quam vel fecisse temere vel dixisse, sed eo  
reulisse omnia vt consummaretur Scri-  
ptura, id est, voluntas Dei in ea expressa, sic  
effice tu quoq; vt nihil agas, nisi quod cō-  
sentaneum est tuæ vocationis legibus &  
obedienciæ, & mercedem mirum in modū  
in celo augebis.

SITIO. Considera, cur tot doloribus  
obutus de sola siti queratur, nimirum, vt  
qui iam sanguinem suum totum effude-  
rat, omnis generis cruciatus exantlarat,  
Patrem pro omnium peccatis orarat, in-  
dicat optare se, vt vicissim nos pro gra-  
ti animi significatione aliquid offerre-  
mus. Siciebat enim emédationē, pfectio-  
nem, & salutem nostram, sicut & sitiuit à  
primo vitæ exordio. 2. vt hanc sitim ani-  
marum testamēto nobis relinquat. Mū-  
dus sitit opes, honores, voluptates, quæ  
magno quidem constant, sed sitim non  
explent, imo vt venena bibentem peri-  
munt. At Christus te vult sitire ad fontem  
aquæ viuæ salientem in vitā æternam, id  
est D E I V M, tuamq; & aliorum salutem,  
sicut sitiuit C H R I S T V S, quæ sitim ex-  
plent.

*Et continuo accurrens vnus sponsiā aceto  
impletam, imposuit arundini & hysot o. 3*

*dabat ei bibere.* Considera, an hæc sit in  
merces illius oris, quod ad nostram salu-  
tem toties apertum fuit, & linguæ illius  
quæ tot documenta dedit, tot ægros cu-  
rauit, tot edidit miracula. Sed Christus  
qui iam pro cæteris peccatis tuis aliis po-  
nis satisfecerat, voluit etiam gulæ &  
temperantiæ medicinam adhibere, &  
quod esu pomi in paradiso erat infectum  
hac amaritudine quasi antidoto purgare.  
1. Considera, nos acetum porrigere. Chri-  
sto, cum in rebus ad salutem spectantibus  
sumus tepidi & negligentes: mundo in-  
merum vinum præbere, cum nulli labori  
parcimus, in honoribus & existimatione  
nominis aucupanda.

## MEDITATIO XXXII.

*De sexto Christi Verbo. Ioan. 19.*

1. **C***um accepisset Iesus acetū, dixit. Consummatum est.* Considera 1. non dictum esse, consummatum est hoc vel illud, sed ab-  
solute, vt scias hac Dominica passionem  
omnia perfecta, tam in cœlis, quam in ter-  
ris, tã quæ ad Deū, quam quæ ad homines  
pertinent. Sicut enim peccatum violat  
omnia, ita Christi sãguis restituit omnia.

PASS  
vt discas  
re, & cum  
Domini g  
CON  
rit omni  
Primo en  
tum, pe  
tum, à v  
vel mand  
demptio  
sima obe  
nullum n  
Anima tr  
tum flag  
nis, capil  
& alapis,  
riis, man  
gua felli  
languis r  
apposuit  
plati. In  
fessim  
tas, pati  
rancia &  
CON  
rit om  
enim fir  
liber

vt discas in Christi passione omnia quæ-  
re, & cum Apostolo, in nullo nisi in cruce  
Domini gloriari. Gal. 6.

CONSIDERA, quomodo consumma-  
rit omnia quæ ad Deum, vel se pertinebāt.  
Primo enim quicquid à prophetis prædi-  
ctum, per figuras veteris legis præfigura-  
tum, à voluntate æterni Patris decretum  
vel mandatum, quicquid denique ad re-  
demptionem nostram opus erat, pfectis-  
sima obedientia expleuit. 2. q̄a nulla pars,  
nullum membrum in eo expers crucis fuit.  
Anima tristis fuit ad mortem. Corpus to-  
tum flagris laceratum, caput confixum spi-  
cibus, capilli euulsi, facies deformata sputis  
& alapis, aures vexatę blasphemiis & iniu-  
riis, manus & pedes transfossi clavis, lin-  
gua fellis & aceti amaritudine imbuta,  
languis totus effusus. 3. extremam manum  
apposuit omnium virtutum speculo & ex-  
emplari. In vita enim & passione elucet per-  
fectissima obedientia, humilitas, pauper-  
tas, patientia, fiducia, fortitudo, perseue-  
rantia & infinita caritas.

CONSIDERA, quomodo consumma-  
rit omnia nos concernentia. Peccatum 3.  
enim finem accepit, debita omnia soluta,  
fidelibus omnia bona comparata, nihil vt 1. Cor.

V nobis 4.

nobis desit in vlla gratia, Ecclesia non  
cum nouo sacrificio, nouis sacramentis,  
legibus erecta, & missione Spiritus sancti  
in æternum confirmata. Sanctorum in lim-  
bo desiderium completum. In malis que-  
que odium iudæorum est finitum, impo-  
rium diaboli euersum, vires eius fractæ  
abyssu catena cōstrictus, nil amplius  
tuendus, sed etiam puerulis irridenda.  
Tu ergo post tanta beneficia, ne sis ingratus,  
sed conformes te eius voluntati.

Thes. *luntas enim eius est sanctificatio nostra, ut  
quitur Apostolus.*

## MEDITATIO XXXIII.

De septimo verbo Domini in cruce. *M.*

27. Marc. 15. Luc. 23. Ioan. 19.

E.] **I**ESVS magna voce clamans ait. Con-  
sidera, Christum, quoties Patri pro se lo-  
curus est, exclamasse, ad alios, vel pro aliis  
non item, vt discas magno affectu cum  
Deo agendum, & non aridè vel frigidè  
deinde vt scias illo momento ad omnium  
dolorum culmen peruentum fuisse. 2. cō-

In sidera, cur clamaret orando, nēpe vt in  
Christo careret se vitæ mortisq; Dominum, nec  
pariete, vocata, inquit Naziazenus, mors ausa sus-  
seri.

PASSIONE DOMINICA 307

set accedere 2. vt Deum patrem ad commiserationem prototius mundi peccatis flecteret omnium enim peccatorum personam in cruce sustinebat 3. vt ad infernum vox penetraret, quæ ibi exhilarauit Patres in limbo, sed perterrefecit daemones. 4. vt corda omnium hominum ad poenitentiam commoueret.

*Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Considera Christum Scripturæ verbis orare, vt te doceret non tuo iudicio & ritu Deum colere, sed illo quem à Spiritu sancto dictata Scriptura, vel ab eodẽ doctri Ecclesia tradit. 2. considera eum non orasse, vel metu iudicii, & inferni, vel quod indigeret commendatione apud Patrem, sed vt doceret te inuictum ab oratione spiritum non relaxare, sciresque omnes pios hac oratione Deo cõmendatos. Hos enim spiritus nomine compellat Dominus, qui eius spiritu sunt imburi. *Qui inquit, natus Ioa 3. est ex spiritu spiritus est.* Si autem nos Christus 1 Pet. 4. commendat Patri, decet & nos eidem 4. animas commendare in beneficiis.

*Et hæc dicens, inclinato capite tradidit spiritum.* CONSIDERA inclinasse caput vt indicaret, quam graue onus peccatorum sustinuerit. 1. quam pauper fuerit,

V s non

non habens etiam in morte, vbi caput reclinat. 3. vt tibi suggerat quanta sint crucis commoda. 4. vt precibus tuis merito passionis suæ nitentibus annuat. 2. Considera eum tradidisse spiritum tuum Patri tertium diē asseruandum, tum nobis. Dedit enim nobis ante corpus suum, sanguinē, vestes, restabat vt daret & animā & pretium redemptionis nostræ fieret perfectum. Vt discas te tuam non esse, sed Christi, quia suis membris, tua, suis potuit tuas, suo corpore tuum, sua anima tuam mercatus est sibi & redemit.

## MEDITATIO XXXIV.

*De signis mortem Christi secutis Matt.*

*27. Marc. 15. Luc. 23.*

**E**CCĒ velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Considera Christo spiritū cum clamore emitte omnes creaturas ingemiscere, ac cum conditore suo vitæ finem faciente, & ipsæ deficere velle viderētur. Omnes, hominibus præ metu tacentibus, in ultionē impiorum se paratas exhibent, Deoq; suo etiam viscera offerunt. 2. considera velum tēpli ideo scissum, quia morte Christi omnia

si omnia veteris testamēti mysteria, maxime autem cruentorū sacrificiorum, patefacta sunt. Apertus & aditus est in vera sancta sanctorum, id est, in cœlestem patriam. Ut discas in posterum omnium excusationū & peccatorū vela à corde tuo tollere, & interiora Deo & sacerdoti per confessionem patefacere in hac vita; sic enim opus nō erit post mortem in die iudicii illa scindere, & toti mundo manifestare.

*Et terra mota est, & petra seisse sunt.* Considera, cum Iudæi peterent silētiū indici turbis clamantibus, *Benedictus, qui venit in nomine Domini* Christum respondisse, iis tacētibus lapides clamatueros. Id vetē nunc evenit, hominibus enim Christū confiteri non audentibus petrae diruptione testimoniū dant eius diuinitati. Considera, si nos, qui quouis peccato lethali Christum crucifigimus, de peccatis non conteramur, nec passioni Christi compatiamur, nec tremendum iudicii diem timeamus, terra sumus insensibiliōres, petris duriores, & mortuis magis mortui.

*Et monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum surrexerunt, & in sancta civitate multis apparuerunt.* Considera hoc

V 3 signo

signo omnium maxime Christum aperit  
inferorum portis S. Patres liberos emissa  
se. 1. eadem morte foetitia cordium sepul-  
cra aperienda esse, vt inde foetor omni-  
peccatorum exhalaret. 3. corpora ius-  
tum aliquando resurrectura, & cum Chri-  
sto sine fine victura 2. Considera his qui  
que Dominicæ passionis signis, continet  
effectus, quos in anima peccatoris open-  
tur. Primo enim scisso velo ignorantia  
dicij dies, & pœnæ inferni illi obiciuntur  
2. terra, id est, mens timore illorum com-  
mouetur ad resipiscendum. 3. cor laxum  
ad pœnitentiam emollitur 4. per confes-  
sionem è sepulcro peccatorum extrahitur  
& restituitur vitæ gratiæ, & dignus fit  
gressu ciuitatis sanctæ supernæ Ierusalæ.

## MEDITATIO XXXV.

De conuersione Centurionis. Matth.

27. Marc. 15.

1. **V**IDENS Centurio, qui ex aduerso stabat,  
quia sic clamans expirasset, viso terræ  
motu, timuit cum suis valde. Considera  
quam velociter sanguis Christi suas ex-  
vires, oratione tam efficaci Deo Patri ob-  
latus, qua p̄ crucifigētibus rogauit. Quæ  
et in terræ motu, alijsq; signis indicabat



PASSIONE DOMINICA. 34

cur, eadem hic in animis hominum perficiuntur. Tu spem firmam concipe, cum tuis necessitatibus nunquam defore, qui etiam carnifices suos ad poenitentiam reuocauit. 2. Considera, quæ cõuersionis Centurionis, sociorumq; fuerit causa, nempe quæ ex aduerso stabat, id est, mores, gestus & uerba Christi sedulo obseruabat; sic tu si conuerti uelis, diligenter perlege vitam Christi, eiusq; uirtutes obserua. 3. considera, omnes timuisse conspectis miraculis *Prom.*  
quia initium sapientia est timor Domini. *L.*

*Et glorificauerunt Deum, dicentes Vere hic homo iustus erat. Vere hic homo filius Dei Luca.*  
erat: Considera hunc primum crucis Dominicæ fructum esse, ut Deo sua gloria integra fide tribuatur, & quidē à carnificibus suis. Magna bonitas Domini tanta facilitate eorum crudelitatem in mansuetudinem commutantis, & opprobria in laudes angelicas conuertentis. 2. considera ingens miraculum, in morte atroci & infamillum à gētilibus agnosci Deū, qui uix homo præ corporis deformitate uideretur. Nēpe sanguis Christi ea credēda persuadet, quæ etiam omnem fidem humanam excedunt.

*Omnes quoque de turba uidentes, quæ fie-*  
*bant.*

bant, percutientes pectora sua, reueriebantur.  
 Stabant autem omnes noti eius à longe, &  
 mulieres multe, quæ in Galilæa ministrabant  
 ei. Considera, terræ motu, & aliis signis  
 terram moueri, vt incipiant confiteri eum,  
 quem ante spreuerant; vt discas aduersus  
 terram saepe vtiliorem esse prosperitate, quæ  
 reddit nos cordatiores, 2. considera à lon-  
 ge stetit mulieres notas, quæ Christo mi-  
 nistrarāt, vt discas hanc mercedem repe-  
 di earum caritati & eleemosynis, quod  
 crucem vsq; persenerant, sed à longe  
 tere, quia exigua earum crux fuit, si cum  
 Christi cruce conferatur.

## MEDITATIO XXXVI

De latere Christi aperto. Ioan. 19.

1. **I**VDÆI, quia erat dies Parasceues, ro-  
 runt crucifixorum frangi crura, sed latere  
 tantum fracta sunt. Considera Iudæorum  
 cultus diuini per textu, longè aliud voluit  
 se, vt nimirum Christum, quem expirasse  
 nesciebant, grauiori cruciatu de hac vita  
 tollerent: vt discas hominum improbo-  
 rum malitiã semper crescere iuxta illud.
2. *Tim.* Mali homines & seductores proficiet in peccatis.
3. 2. Considera, vtrumq; latronem commu-  
 ne qui

PASSIONE DOMINIC A. 113

ne quidem sustinuisse supplicium, sed bonus ille peccata deleuit, & nomen martyris sibi comparauit, iuxta Augustinū? malus gehennam addidit. Vt discas, quam mundus & diabolus suis cultoribus mercedē reddant, nempe duplicem pœnam.

IESV autem, cum eum viderent mortuū non fregit crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua Considera quam magnum fuerit vulnus, non enim, vt notauit Augustinus, ait Scriptura, latus percussit, sed aperuit: vnde & B. Thomas à Domino iussus est ei inferre manum post resurrectionē & Considera Christū à morte voluisse id fieri, vt nihil de amore se remisisse ostenderet, imò, si opus foret, paratum iterum pati, ac vt quicquid in corde resederat sanguinis, ait B. Cyprianus, effunderet, nihil sibi reseruans. Deinde vt amoris tui signum indelebile iusculperet. Adhæc vt ad cordis eius intima, velut per ostiolum in latere arca, penetrares. Denique, vt sicut ex latere dormientis Adæ educta est Eua, sic ex latere Christi dormientis Ecclesia, aqua enim baptismi fideles generantur, & sanguine in Eucharistia cibantur.

Et qui vidit testimonium perhibuit, & v-

Lib. 1.  
de a.  
nim. c.

9.  
2.

Tract.  
120. in  
Ioan.

De  
dupl.  
mar-  
tyr.

3.

V s tmm

Exod.  
12.  
Zach.  
11.

314 MEDITATIONES DE

rum est testimonium eius, ut & vos credatis.  
Facta enim sunt haec, ut Scriptura impleatur.  
Os non comminuetis ex eo. Et. Videbunt, in  
quem et ansixerunt. Considera ideo & Io-  
annem multis verbis dicere, se esse oculum  
eum testem, ut discas esse mysterium magnum  
momenti. 2: ideo, quod de agno Pascha  
in Exodo scribitur, Christo attribui, quia  
ipse est verus agnus, cuius os non debet  
comminui, id est, eius potentiam in Be-  
charistia non debemus scrutari, nec frater-  
nam caritatem violare. 3. in die iudicii vul-  
nera Christi impiis fore conspicua; ut dis-  
scas, quanta gloria sit martyrum futura in  
caelo, qui cum Christo vulnerum cicatrices  
velut gemmas, retinebunt.

MEDITATIO XXXVII.

De depositione de Cruce. Matt. 27. Matt.

15. LUC. 23. Ioan. 19.

**C**UM sero esset, venit Ioseph ab Arima-  
thia, homo dives, & nobilis decurio, et  
bonus & iustus, & occultus Iesu discipulus.  
Considera, Dominum duobus Iosephis com-  
mendamur suam personam. Vni in initio vite,  
a quo gubernaretur. alteri in fine, a quo  
sepeliretur. Ioseph idem est, quod accrescit,  
et proficiat, quia Iesus non tantum se com-

PASSIONE DOMINICA. 375

municat, qui in vita spiritali indies proficiunt. 2. Considera Ioseph occultū fuisse discipulum, sed ne perderet tandē tūcum thesaurū, pdidit se contēptis periculis, vt discaste nō obtēturum Iesū, nisi contēnas timores humanos & parat⁹ sis aliud pati. Rosa nō colligūtur sine spinarū pūcturis.

*Hic non consenserat actibus eorum, quia expectabat regnū Dei. Hic audacter à Pilato petiit corpus Iesu, & impetrauit, cum ex Centurione audisset esse mortuū, de quo mirabatur.* Considera hic alias virtutes Iosephi, si vis esse dignus corpore Domini. Primo enim vitanda sunt malorum cōsortia. 2. ad regnū cœleste est anhelandum; constanter perficienda sunt, quæ Dei gloriam promouent. 4. saepe magno desiderio & deuotione petendum est & accipiendū corpus Domini. 2. Considera miram obedientiā Christi post mortē, q̄ noluerit corpus deponi citra licetiā legitimi magistratus, & vt illud ex gratia ab eo peteretur; tanquā malefactoris, quo terræ mandari posset. Deinde eximiū in nos amorē, quod postquam dedit nobis sanguinē, animā & vitam, pro consolatione nostra voluit etiā corpus suū Iosepho, & in eo nobis donari.

*Ioseph autem mercator sindonem mundā.*

*corpore*

corpus IESV depositum illi inuoluit. Considera quantam reuerentiam Ioseph exhibuerit, clauos ipse euulserit, & de croce iuuante Ioanne & mulieribus pauperum, excipiente illud in sinum matris suae Virgine, demiserit. Quot hic singulorum quot suspiria omnium & lacrymae? Vnde quomodo in oscula beata mater ruat in uisus corporis, quomodo in pectus Beatae Mariæ, quomodo ad pedes M. Magdalene.

2. Considera syndonem mundam esse mundam à peccatis conscientiam, in qua debemus corpus Domini excipere, dum communicamus, & si non habemus, numero penitentiae emere.

## MEDITATIO XXXVIII.

De sepultura Domini. Ioan. 19.

1. **V**ENIT & Nicodemus ferens mixturam myrrhae & aloes quasi libras centum. Corpus autem Christi ligarunt linteis cum aromatibus. Considera, quantum Nicodemus ex passione hac profecerit; Prius uenerat ad IESVM nocte, nunc palam, tunc nihil præter quaestiones afferebat, nunc fert pretiosa aromata, & officium exhibet sepulturae: ut discas in uirtutibus progressum facere.
- Ioan. 3.

PASSIONE DOMINICA. 317

cere, omnemque metum & turpem verecundiam excutere. 2. Considera, neutrum accessisse munere vacuū. nam Ioseph linteum & nobile sepulchrum dedit, Nicodemus myrrham & aloen magna copia tulit ad obsequiū corporis mortui: ut tu quoque eius honori libenter labores tuos consecres. 3. considera, quid officij præstiterint corpori deposito, quam sedulo omnia eius vulnera cōtemplati sint, quoties osculati, quam reuerenter in subiectā peluim, sputa, eruorem, aliasq; sordes abluerint, & pro reliquiis cōseruarint, quomodo ablatum corpus linteis ligarint, & caput sudario texerint.

*Posuerunt autem IESVM in monumento, 2.*  
*quod Ioseph exciderat in petra, in quo non-*  
*num quisquam positus erat. Et aduoluit Ioseph*  
*saxum magnum ad ostium monumenti,*  
*& abiit. Considera Christum voluisse se-*  
*peliri, ut nihil quæ ad homines pertinent*  
*præmitteret, 2. ut tu, maximè si religio-*  
*sus sis, cogites, te esse ut mortuum, & se-*  
*pultum mundo & concupiscentiis eius.*  
*1. Considera ut sacra vasa in templo, sic*  
*corpora nostra, quibus corpus Domini in*  
*communione recipimus, posse dici sepul-*  
*chra Domini, Tunc autem sunt in petra*  
*excisa,*

**MEDITATIONES DE**

excisa, quādo in virtutis cultu constanti sumus. Magnum autem saxum sepulchri nostro aduoluimus, cum gratia Dei munimus pectus, vt nullus aditus sit daemoni, carni & mundo.

*3.* *Mulieres autem se debant cōtra sepulchrum aspicientes ubi poneretur corpus Iesu, & uertentes parauerunt aromata & unguenta.* Considera, te cum corpus Domini sepulchris in corpus tuum velut sepulcrum habere à distractione mentis cauere, cuius Mariis autem istis perseverare in contemplatione Iesu in corde tuo sepulti. a. n. scilicet scias esse, vt Christus semel sit vnctus, & cum mulieribus alia unguenta parauerunt quia de virtute in virtutē est procedendum.

**MEDITATIO XXXIX.**

*De custodia sepulcri. Matth. 27.*

*1.* **P**RRINCIPES sacerdotum rogant Pilatum vt iubeat custodiri sepulcrum, ne discipuli eum furentur, & dicant surrexisse. Sed Pilatus respondit illis: Post tres dies resurrexerit. Considera quale studium impiorū illis fit in tanto sabbatho, quod erat festum paschæ, vt obsecrent gloriam Christi, quando enim cum Deo agendum erat, agunt

PASS

cum hominibus imitatis  
festis, quaerenda  
dura, timentia  
mortuum  
dum venient  
tuos iudicium  
scum vocer  
pulum ad  
stolos verō  
abduxit, &  
mauit: vt n  
nifeductor  
dem, alios  
religiosam  
Aut illis  
custodite sic  
mel impiorū  
posse se fac  
ducere, vt h  
qui semel  
truncula am  
de factū, vt  
stabat, nūc  
tra eum cō  
rios taeos  
Hic enim f



PASSIONE DOMINICA. **M**

cum homine prophano & infideli. Quos  
tu imitaris, dum negotiis externis diebus  
festis, quando templa & sacramenta fre-  
quentanda sunt, distineri te finis. 1. Consi-  
dera, timeri ab istis impiis Christum etiã  
mortuum: quãto magis timebitur viuus,  
dum veniet cum maiestate viuos & mor-  
tuos iudicaturus. 2. considera, cur Chri-  
stum vocent seductorem, nempe quia po-  
pulum ad veram fidem & salutem, Apo-  
stolos verò ad Euãgelicam perfectionem  
adduxit, & doctrinam suam miraculis fir-  
mauit: vt non miretis nunc quoque voca-  
ri seductores, qui alios ad Catholicam fi-  
dem, alios ad perfectius viuendi genus, &  
religiosam vitam traducunt.

*Ait illis Pilatus. Habetis custodiam. Ite,*  
*custodite sicut scitis* Considera, eum, qui se-  
mel impiorum voluntati consensit, non  
posse se facile ab eorũ importunitate sub-  
ducere, vt hic accidit Pilato: & experiuntur,  
qui semel dæmoni se addixere, aut mere-  
triculæ amori deditere. 2. Considera, in-  
de factũ, vt Pilatus, qui prius pro Christo  
stabat, nũc metu percussus cum Iudeis cõ-  
tra eum cõspiret, dicẽs. Habetis præsidia-  
rios meos milites, diligẽter ergo custodite  
Hic enim fuit peccati fructus, vt & auctor  
ficeret,

fieret, incensorque malorum, & totus metu ob factam mentionem resurrectionis trepidaret.

3. *Illi abeuntes muniturunt sepulchrum, & operientes lapidem cum custodibus.* Considera hanc impiorum cōtra Deum sollicitudinem gloriā Christi magis promouisse accidisse, quod illi veriti sunt, ne nouus error esset peior priore, quo eam plures custodias & sigilla adhibere, & testatio facta est Christi resurrectio, & omnis suspicio furti adempta. 2. Considera studium Iudæorum in malo, te salubrius imitari posse in bono: vt, si velis SVM nō tolli ex animæ tuæ sepulchro, preserues te non solum ab operibus malis studiendo sensus externos, sed etiam signes signo crucis, & custodias cogitationibus & desideriis prauis.

## MEDITATIO XL.

*De descensu Christi ad Limbum.*  
Eph. 4. Colos. 2.

1. **C**ONSIDERA, quomodo Saluator noster eadem immensa in nos caritate qua pro nobis crucem ascendit, & passionem consummauit, mox ad inferos in

pria personarum  
prionis quod  
ut enim m  
dicaret, ita  
obscurissim  
suos ab in  
mo negoti  
rum per te  
cundo no  
vel auxilio  
spitalia, c  
guria.

Co-rs  
dip fusi f  
rillimis te  
per duo, r  
cum perf  
animam q  
angelis in  
viderēt. P  
bio Ioann  
demonstr  
quē ipse  
ris huma  
sti pedes  
Abraham  
tem mai  
Mitaro:

pria persona descenderit, vt opus redemp-  
tionis quā perfectissimè absolueret. Sic-  
ut enim mortē elegit, vt nos à morte vin-  
dicaret, ita & descēsum hunc in intima &  
obscurissima terræ penetralia suscepit, vt  
suos ab inferis liberaret. Vnde discis, pri-  
mo negotia gloriæ Dei & salutis anima-  
rum per te, & non per alios perficere. Se-  
cundo non dedignari pro consolatione,  
vel auxilio proximorum vilia loca, vt ho-  
spitalia, carceres, & pauperum visere tu-  
guria.

CONSIDERA, quam incredibili gau- 2.  
diopfusi sint omnes Patres qui in obscu-  
rissimis terræ locis inde à condito orbe  
per duo, tria, 4. 5. millia annorum latuere,  
cum perfringi inferni portas audirent,  
animamque Christi cum ingēti fulgore,  
angelis innumeris stipatam, ingrediētem  
viderēt. Præcurrebat ibi reliquos sine du-  
bio Ioannes Baptista, & digito omnibus  
demonstrabat illam esse Christi animam,  
quæ ipse baptizasset. Tum primus gene-  
ris humani parēs Adam, supplex ad Chri-  
sti pedes, & amplexū rueb at. Idem Noe,  
Abraham, David, & alii faciebant: Eo au-  
tem maius fuit gaudium, quo maior &  
diuinius per tot annorū curricula fuit

huius aduentus expectatio; quo claris  
 derunt omnes promissiones Patribus  
 etas reipsa completas, omnesque tribula  
 tiones perpeffas conuerfas in lumina  
 citatem & gloriam Sicut enim in caelis  
 in terra nullum praestantius bonum est  
 quam Deus, sic nullum maius potest  
 gaudium, quam Deum videre & con  
 dere.

3. CONSIDERA quomodo ad Christi  
 uentum omnes tartarei spiritus ceperunt  
 contremiscere, & post ereptam totius  
 praedam, quam cum summo triumpho  
 eto eorum robore & potentia, gloriose  
 eduxit, ceperint fremere & tumultu  
 lamentabili uulatu suam seruitutem  
 flere. Triumphabis & tu de demonibus  
 eosque eius faucibus eripies, si multum  
 Christo patiare, & tentationibus de  
 monis, mundi & carnis for  
 titer restiteris.

**F I N I S.**

**M**

**M**

**R E**

**D E**

**T A**

**qu**

**M**

**De**

**I**

similitu  
 sicut ve  
 qua sibi  
 corrupt  
 express

MEV